 materiā hācētem tamen rōne n̄ et modū forme
 ut dictum est. **¶** Ad undecimā d̄ p̄ intēceptō-
 nem si que. q̄ suppositū in separatis substantiis
 nihil includit in eis. quin ip̄m sit essentia sua
 specifica s̄m rem. Sed suppositū in materialib⁹
 in sua signifi. atq̄ includit materiam signatam
 de qua nō p̄ocatur humanitas vel homo. Pre-
 terea in separatis suppositū nō habet aliqua ac-
 cōntia p̄ter ea que oriuntur ex forma specifica. q̄
 in mater alibus plura q̄ n̄ vñ rōne immā-
 cūte supposito ex parte materie et ex parte sue
 p̄ficio nō individualis. **¶** Ad duodecimā d̄ q̄
 dicitur uñctū vel in rē r̄ ingreditur alicui⁹
 diffinitōem. Quāz eñ ingreditur per modū addi-
 tamenti quod etiā est alterius generis p̄dicamē

talitatis q̄ ip̄m diffinitōem. sicut substantia ingreditur
 diffinitōem actus. Alio mō per modum addi-
 tamenti quod eñ est eiusdē generis p̄dicamenta-
 talis cū ip̄o diffinitōem. et sic materia ingreditur
 diffinitōem forme partis. ut corpus diffinitōem
 anime. Tercio mō ingreditur materia per modum
 alicui⁹ in ip̄o extrinsece conclusi. et sic materia
 ingreditur diffinitōem forme totius sube materia-
 lis. Vñ si dicat q̄ materia ingreditur diffinitōem
 forme totius sicut additamentū. tūc oportet in-
 evitabiliter p̄cedere q̄ forma totius equalle dif-
 fi natur per additamentū sicut forma partis. q̄
 tū refugit intellect⁹. **¶** Ad decimā d̄ q̄
 sicut sup̄ p̄tuit Doctor intendit dicit q̄ etiā ma-
 teria ingreditur sententiā s̄m substantiā sub-
 iectiā. quāmo s̄m Doctorē materia nō hā-
 bet aliam substantiā q̄ subiectiā. nō eñ ponit
 formas substantiāle in materia sic inchoatas
 sicut ponit quidam errorē Anaxagorē ab Ace-
 stote imphatum insequentē.

Sed quia individua.

In hac p̄te doctor inducit quādam dubitatōem
 que oritur ex p̄dicatis. et primo mouet ipsaz du-
 bitatōem. sc̄ cūdo subiūgit eius solutōem ibi. Id
 sciendum. Dicit igitur primo sic. cum dictum sit
 q̄ essentia substantie materialis completatur
 materiam que est principium individuationis
 videtur sequi q̄ essentia substantie materialis
 un sit tū partialis et nō sit vniuersalis nec
 possit vniuersa rē designari. Ex quo sequitur e-
 cōsequenter q̄ in materialibus solum diffinitōem
 individuū et nō vniuersale. Nam ipsa diffinitōem
 importat essentiam rei que ut arguebatur tū
 potest individualiter designari saltem in mate-
 rialibus. **¶** Deinde ibi. Et ita sciendum. assignat
 solutōem dubitatōem dicens materia non est
 principium individua tōnis accepta qualiterē
 q̄. non enim est principium individuatōis put
 accipitur p̄mūter. sed prout accipitur signate
 et individualiter sc̄ sub determinatis dimensio-
 nibus. vel sub rōne vltimū subiecti non ampli-
 us receptibilis in aliud. vñ si dicat hoc os hec ca-
 ro hoc corpus. Vñ materia hoc vltimo modo ac-
 cepta non est de essentia hominis. nec in diffini-
 tōne hominis sumpt p̄mūter debet poni. sed
 poneretur in diffinitōne fortis vel Platōis. si
 individua diffinitōem haberent quam tamen
 non hācēt. Sed materia sumpta communiter si-
 cut corpus humanum est de essentia hominis

Deinde ibi. Sic ergo patet. hic dicitur cor-
larie quanda veritatem ex iam dictis. dicens q
ex dictis patet q eena hominis accepta comu-
ter. et essentia fortis accepta specialiter. Similit
et materia hominis supra 2mumiter. et materia
fortis accepta specialiter no differit realiter. sed
solum sicut signatu et non signatu. **U**n dicit co-
mentator q fortis nihil aliud est supple eentalie
q animalitas et rationalitas q etia importat
eenam hominis. **E**t subiungit Doctor q parifo-
miter sicut spes et individuu differunt per signa-
tum et no signatum. sic similiter genus et spes
solum differunt penes signatum et no signatum
sive determinatu et indeterminatu. **A**ssignat tñ
differentiam inter designatōem generis et desi-
gnatōem spei specialissime. Nam designatō sive
determinatio generis ad spem est p dram cons-
titutivam spei que ex forma rei sumitur. **D**esigna-
tio autem spei specialissime est p materia ac-
ceptam individualiter sub determinatis dimen-
sionibus. **D**einde ibi. **H**ec autē determinatio
habet quida tacite questionem. et primo ponit en-
tionem et responsionis pbatōem. **D**einde declara-
tat rñsonē exemplariter ibi. hoc autem quōd cō-
tingat. **T**ercio applicat illam declaratōem ex-
plarem ad suū ppositū ibi. et talis etiam est ha-
bitudo. **U**nde posset aliquis querere an designa-
tio generis ad spem esset p aliquid qd est in spe
et tamen non est in genere. **R**ndet q non pmo
quicquid est in spe est etiam in genere licet disti-
mode qd em spes iportat actualiter et specialiter
sive determinate. hoc genus importat potestati
ue generaliter et indeterminate qd pbat p hoc
quia alias genus esset ps spei et no totū respe-
ctu spei etiam fm rem. et p 2ns no posset de spe
predicari. **D**einde ibi. hoc autem quōd. **H**ic de-
clarat rñsonē exemplariter. dicens q quōd hoc
contingat scz q quicquid contineatur in spe etiam
aliqua liter in genere 2tineatur. patet si attēda-
mus quomō corpus differt put ponitur ps ani-
malis et put nominat ipm totū animal licet in
distinacōe. **U**nde doctor assignat tres acceptōnes
corpis. uno em mō accipit corpus fm eū p ipsa
trina dimensioe. et sic corp⁹ est spes qritatis cō-
tinue. et sic hęc ē falsa hō est corpus. licet hęc sit
vera hō est corporalis. **S**ecūdo mō accipitur cor-
pus put est ps animalis. et tūc importat rem
hntem formā ex qua est nata sequi trina dimē-
sio cū precisionē ulteriois pfectionis. **U**n corp⁹
sic acceptū est ps animalis no includēs pccatiue.

in sua significatōe pfectionis specialiores quem
admodū corp⁹ acceptū tertio mō. **E**t etiā corp⁹
sic acceptū n ē in pccatiue sbe directe s solū re-
ductie. **E**t si hoc mō accipiat corp⁹ hęc ē falsa. hō
est corpus. **T**ercio mō accipit corpus put est ge-
nus corporis animati. et sic importat substanti-
am ppositam ex materia et forma. in qua nata
est fundari trina dimensio sine actuali inclusio-
ne. et etiā sine exclusionē aliar posteriorū pfectō-
num que sūt animatū vegetatū et sensitivū.
et hoc mō hęc est vera homo est corpus. **D**einde
ibi. **E**t talis etiā est habitudo. applicat suā decla-
ratōem exemplarem ad ppositū pntentū. dicens
sic se habet corpus ad animal. ita se habz ani-
mal ad hominē pporcionabiliter. qd tñ intelligē-
dum est qdum ad duas ultimas acceptōnes cor-
poris. **U**n animal dupliater posset accipi. **U**no
mō put importaret partē hominis. et sic no pōi-
cateret de homine. **A**lio mō put acciperet in cō-
ne generis et tūc importaret totū id qd impo-
tat homo licet generalius.

Pro a priori elucidatōe

littere iam exposte mouetur ista questio
Utrum designatōis individualis completa cō-
principia sint ipsa qritas et materia signata
sub certis dimensionibus. **E**t arguitur primo
cōtra suppositū sic nulla res est uniuersalis seu
cōmūnis igitur no oportet inqere principū sin-
gularisatōis. **U**ns patet auctoritate **D**oeti dī-
centis omne qd est unū numero est et singularis-
re. **S**ecūdo videtur q forma sit principū in-
diuiduatōis et no materia sic. de rōne indi-
uidui est q sit quoddam unū alteri 2distinctum
Sz forma est principū unitatis et distinctio-
nis igitur forma est principū indiuiduatōis
et no materia. **A**ntecēdēs p secūda parte patz
nam forma est principū essendi sive entitatis
et p 2sequens est principū unitatis. **N**am ens
et unū cōuertitur. similiter forma est principū
distinctiū nam eadem sūt principia essendi et
distinguendi sicut eadem est orā diuisiua et con-
stitutia. **T**ercō indiuiduare est a gere s agere ē
ipsius forme et no materie igitur forma est cū
indiuiduans. **Q**uarto indiuiduatō est quedā
limitatō sive determinatō alicuius cōis. **S**z ma-
teria est quid indeterminate habens indiffe-
rentiam ad plures formas. forma autem cōsu-
sam cōditatem materie determinat. ergo forma
est principū indiuiduatōis et no macia.

Quinto sic. si materia esset principium indi-
duationis sequeretur quod in substantiis immateria-
libus nulla fieret indiuiduatio. Quis est ab-
surdum. Sed tenet contra. quod deficere causa defi-
cit et effectus. In substantiis autem separatis nul-
la est materia quemadmodum nunc supponitur.

Sexto sic arguitur. si materia esset princi-
pium indiuiduationis. tunc sequeretur quod idem in-
diuiduaret seipsum quod videtur inconueniens. Sed
sequela patet. quia materia includitur in specie
ergo materia indiuidualis indiuiduas species et etiam
am seipsam indiuiduat. Primo sic si ma-
teria esset principium indiuiduationis vel hoc erit
quia materia sed hoc non quia ut sic etiam est
per seipsum. vel quod signata et hoc non quod signatio ma-
terie videtur fieri per quantitatem que est forma. et
sic finaliter forme attribueretur indiuiduatio.
non autem materie nisi gratia quantitatis. Deinde
de arguitur octavo quod sola materia sit causa suffici-
ens indiuiduationis forme. Nam materia indi-
duat quantitatem. quantitas enim est forma de se
communicabilis. sed ipsa per se posita in quo sub-
iectatur indiuiduatur gratia tamen materie. eorum cuius
suppositum est indiuiduum. aut ergo materia indi-
duat quantitatem se sola. et sic habet oppositum
aut mediate alia quantitate. et sic sequenter. quod
de illa quantitate. an scilicet adhuc indiuiduet median-
te alia quantitate. et si sic preteret sine statu. Est
igitur materia se sola sufficiens principium indi-
duationis quantitatis. et per hanc cuiuslibet alterius
forme. ut videtur. Non sic illud quod de se est hoc
et incommunicabile est indiuiduationis sufficiens prin-
cipium. materia autem est huiusmodi cum sit ultimam subie-
ctum terminans fluxum cuiuslibet forme et irrecep-
tibile in aliud. materia igitur est indiuiduationis
principium totale. Decimo sic dicitur. Aristoteles in
quinto metaphysice sic. Eadem numero sunt quorum
materia est eadem. per quod insinuat quod materia est
tota causa unitatis materialis. et per hanc indi-
duationis. Undecimo arguitur quod quantitas non sit
indiuiduationis principium sic. Omnis forma
saltem informata est de se communicabilis. Sed quan-
titas est forma. igitur de se communicabilis. et per hanc
non potest esse principium incommunicabilitatis que
reperitur in indiuiduo. Duodecimo sic. Quantitas est
actus commune. sed actus commune per prius inest in
diuiduis. et concomitantem inest communibus. et per hanc
quantitas an sui inheretiam presupponit indiuiduum sub-
stantiale. an dico naturaliter. et si non tempore. Si
autem quantitas esset principium indiuiduationis tunc

ipsum substantiale indiuiduum naturaliter preueniret.
Decimotercio sic. si quantitas esset causa in-
diuiduas tunc indiuiduum substantiale non esset vere
vnum. sed vnum per actus. quod concluderet quantitatem. nec
esset pure in predicamento substantie. nec hec esset
eternalis predicatio. fortis est homo. valeret enim tam
tum fiat homo fortis est homo. Similiter nec ista
fortis est homo esset de per se predicatio. et sic de ali-
is inuenientibus. Deinde arguitur decimoquarto
quod ipsa quantitas sola sic indiuiduationis principium
sufficiens sic. indiuiduum et vnum numero idem sunt.
Sed per solam quantitatem est aliquid vnum nume-
ro. cum unitas materialis sit actualis et de gene-
re quantitatis. igitur per solam quantitatem est aliquid
indiuiduum. Hec mox arguitur sic. Quantitas per indi-
dualiter existere sine materia. et tamen nec materia
nec aliqua alia fore per indiuidualiter existere si-
ne quantitate. ut liquet inouenti. igitur quantitas est
potissimum indiuiduationis principium. Assumptum
per prima parte patet de quantitate hostie sacrame-
ntalis que post consecrationem per se existit indiuidu-
aliter. Decimosexto sic. materia communis redu-
sa in species non trahitur indiuidualiter nisi per quanti-
tatem per quam diuidit species. cum eadem sit diuisi-
ua et constitutiva. igitur ipsa quantitas est origina-
lius principium indiuiduationis quam materia. cuius
tamen oppositum inferius dicitur. Decimo septimo
arguitur quod nec materia nec quantitas est prin-
cipium indiuiduationis argumento doctoris sole-
nis scilicet Henrici de Gandauo. nam indiuiduum assi-
tuitur per duplicem negationem. scilicet enim indiuiduum
quasi non diuisum. ubi semel ponitur. ne-
gatio expresse scilicet non. et semel ponitur implicite
in hoc quod dicitur diuisum. igitur fit aliquid indi-
duum per duas negationes et non per materiam et quan-
tatem. Decimooctavo arguitur argumento do-
ctoris subtilis scilicet Petri sic. indiuidua etiam pre-
ta sub vna specie distinguuntur substantialiter. fortis
enim aliam substantiam habet quam plato. igitur crea-
tio indiuidualis et distinctio fit per distinctam sub-
stantialem indiuidualem. et non per materiam et quan-
tatem. Decimonono videtur quod materia sig-
nata vna cum quantitate non sit sufficiens principium
distinctio. Nam exempli gratia frigiditas est se-
ro corrupta in aqua. et de mane regenerata in
eadem aqua distinguuntur numero. et tamen in aqua
manet eadem materia signata et eadem quantitas.
Oportet igitur illi querere aliud principium di-
stinctionum materialiter quam materiam cum ipsa
quantitate.

In oppositum Est auctoritas doctoris facti in plerisque passibus. qui de materia cum quantitate esse individuatim principium. et patet ex dicendis inferens. Circa hanc questionem sunt aliqua notanda ex quibus eius solutio poterit deprehendi.

Notandum Primum quod dupliciter individuat aliquid. Uno modo logice sive secundum eodem. et hoc modo species est individuatim per suppositum. ut homo per sortem. Similiter in substantiis separatis forma separata accepta numerice individuat per seipsum acceptam individuatim. et albedo accepta numerice individuatim logice per hanc albedinem individuatim. sed contra hoc albedo trahit physice et realiter individuatim a subiecto. Et hoc individuatim assimilatur specificationi qua genus specificatur per deum que tamen in se importat cum ipso genere huiusmodi quibus ab eodem distinguitur secundum eodem. Unde huiusmodi modum individuatim non est inveniendus quod est aliter tamen acceptum individuatim seipsum. Ad materia considerata in sorte singulariter individuat seipsum numerice acceptam in homine. Alio modo individuat aliquid physice et realiter. qualiter individuatim forma partis ut anima sortis individuatim per eius materiam sive per eius corpus et sic per individuatim rationabiliter physice seu realiter. quod ista individuatim et individuatim realiter distinguitur. et individuatim realiter recipitur in ipsum individuatim. Forma enim partis de se numerice physice recipitur in materiam. non autem est receptus realiter et physice qua species recipi dicitur in suppositum vel in individuum.

Notandum Secundo quod aliquid dupliciter reperit esse in individuo. Uno modo per se et primo. quando aliquid de se non est in altero receptibile. Et hoc modo substantie separate secundum quod reperiuntur in rebus naturalibus sunt individue. Sunt enim forme foris manentes si receptibiles realiter. sed subsistentes ipsi esse existentie. Quis substantie separate per eodem communiter asseruntur sunt logice communicabiles. et sic individuantur logice per eam individua que non distinguitur eis nisi secundum eodem. Similiter materia prima secundum quod reperit in natura est per se primo quodammodo individua. est enim per se incommunicabilis cum sit ultimam substantiam omnium formarum non receptibile in altero. Notatur etiam quodammodo. quia materia per se primo non distinguitur numeraliter ab alia materia eiusdem speciei. sed per ipsam quod

titatem. Similiter quantitas est quodammodo de se individua in quantum ex se primo habet quod ab alia quantitate individualiter distinguitur. quod etiam pertinet ad completam eodem materialis individui. Alio modo est aliquid individuum non per se primo. sed per alterum. et hoc modo sortis est individuum per suam partem scilicet per materiam que est pars ipsum inter se constituens. et per quantitatem que est principium extrinsecam ipsum alteri numeraliter con- distinguens. Similiter anima sortis est individua per eius subiectum scilicet per materiam per quam eius communicabilitas terminatur. et per quantitatem eius per quam ab anima platonis distinguitur. Pars formaliter accidentia sortis individuat immediate per suum subiectum scilicet per ipsum sortem qui ulterius est individuum per suam materiam et per suam quantitatem. Et istis patet quod accidentia magis individuantur per alterum quam forma substantialis. et forma subalis magis quam ipsum suppositum. Suppositum enim partim individuat per materiam que est pars ipsum inter se constituens.

Aduertendum Tertio quod si completa ratione materialis individui sunt duo. Primum est quod ipsum in se sit indivisum. et quoddam incommunicabile. Secundum est quod ipsum sit diuisum a quolibet alio eiusdem speciei. quod vel actu est vel possibile est esse. Primum autem habet individuum per materiam solam que ex hoc ipso quod est infimum subiectum non receptibile in aliud terminat communicabilitatem forme deorsum. Secundum autem scilicet esse diuisum a quolibet alio individuo eiusdem speciei non acquirit individuum actualiter sine approximatione quantitate per quam causatur actualis distinctio unius individui ab alio eiusdem speciei. Quod materia sit potentialis radix illius distinctio- nis. eo quod ipsa est quodammodo origo quantitatis. Et hec duo inveniuntur in diffinitione individui. primum enim scilicet esse indivisum in se inuenitur cum dicitur individuum est quod predicatur de uno scilicet incommunicabili. Secundum autem scilicet esse diuisum a quolibet alio scilicet eiusdem speciei inuenitur cum dicitur solo. De ratione autem universalis sunt duo istis duobus opposita. Primum est quod sit quoddam communicabile. Secundum est quod sit in pluribus indistinctum. Unde loquendo exemplariter dato aliquo continuo patet ipsum habere unam formam unam materiam et et unam quantitatem. Sed si hoc ipsum diuisum diuidatur actualiter iam habet duas

distinctas formas. duas distinctas materias. et duas distinctas quantitates. Sunt autem istae duae formae incommunicabiles per ipsas materias solas et etiam ab invicem distinctae immediate per materias. sed mediate per quantitates per quas materiae ab invicem sunt distinctae. Formae igitur illae nec habent incommunicabilitatem nec co distinctam ex se ipsis. materiae autem ex se ipsis habent incommunicabilitatem. sed co distinctam habent a quantitate. et e contra quantitates habent co distinctam ex se ipsis. sed incommunicabilitatem habent ex materiis quae de se est incommunicabilis et irreceptibilis.

Considerandum Quarto quod in substantiis separatis unum individuum necessario distinguitur ab alio specie sicut fortis distinguitur a brunello. Non enim est in ipsis possibilis individuum pluralitas sub una specie ut inferius ostendetur. Idcirco non oportet in ipsis inquirere duo distincta principia per quorum unum sine incommunicabilis et per alio sunt ab invicem distinctae. sed sunt formae de se incommunicabiles et irreceptibiles realiter quae per se necdum individualiter distinguitur. si specie ab invicem. Nihilominus in una intelligentia sunt plura accidentia quae tamen numero distinguitur ab accidentibus alterius intelligentiae.

Aduertendum Quinto quod non est prae sensus idem esse principium individuationis alius et esse principium ipsius individui. Nam materia est principium tantum individuationis quam individui materialis substantiae. Materia enim constituit in se ipsa sum individuum substantiale. Quantitas autem est principium individuationis substantiae materialis. non autem est principium in se constitutum substantiale individui. Quantitas enim non causat substantiale individuum ut ipsum substantialiter elementans. sed ut ipsum iam per materiam signatam incommunicabiliter constitutum alteri individualiter co distinctum. sicut quatuor subiecta sunt principia individuationis fortium non tamen sunt principia in se ipsa constitutiva. Unde de ratione materialis individui non est ipsa quantitas in se. sed de ratione eius est esse distinctum ab alio quod fit primo per ipsam quantitatem quae tamen non includitur in ipso essentialiter et in se quae a se in se accidentialiter et extrinsece sicut nec de ratione formae individualis est materia

signata nisi per modum additi. nenti quemadmodum modum etiam materia est de ratione formae in communi sed de ratione formae individualis in quantum huiusmodi est individualiter ab alia distincta qui quod fit immediate per materiam et mediate seu originaliter per quantitatem. Attamen forma individualis ut puta haec anima sive haec albedo nec materiam nec quantitatem significat nec eas essentialiter concludit nihilominus concedi potest quod ipsum materiale individuum in quantum individuum saltem sine completa individuatione rationem concretionem aliquam habet ad quantitatem. quia per quantitatem causaliter distinguitur ab alio eiusdem speciei. Et iam dictis patet primo quod fortis exempli gratia fit individuum per se. prout per se solitudinem importat ipsa enim individualis substantia fortis considerata solitarie sine confectione quantitatis est individua. Veritamen fortis non est complete individuum per se prout per se accipitur causaliter fortis enim causaliter est incommunicabilis per materiam et distinctus a platone per quantitatem. Similiter dicitur quod fortis fit individuum sine quantitate id est sine confectione quantitatis in sui nominis significatione seu in essentia ipsius fortis. non tamen est individuum complete sine quantitate id est sine concomitantia quantitatis. Istud declaratur exemplariter a fortiori nam anima fortis est individua necdum solitarie considerata sine confectione quantitatis et materiae. quinimo realiter a materia separata et quantitate sui corporis corrupta. Adhuc enim ipsa est singularis et ab anima separata platoni numeraliter distincta. quatuor hoc habeat causaliter per materiam et per quantitatem. Deducto ex dictis patet quod non sequitur de intrinseca ratione completi materialis individui esse distinctum ab alio numeraliter per quantitatem causaliter igitur ipsa quantitas est de eius intrinseca ratione. Non enim omnino idem est esse distinctum per quantitatem causaliter et esse quantum. nam haec anima est distincta ab alia eiusdem speciei per quantitatem et tamen haec anima non est quantum. similiter haec albedo est distincta ab alia albedine eiusdem speciei per quantitatem originaliter. et tamen quantitas non est de eius intrinseca ratione

Ex prenotatis elici
potest responsio questionis. Respondendum est

primo q̄ in quolibet genere predicamentali ipsa species que est forma totius indiuiduatur immediate logica indiuiduatione per suum indiuiduum ut humanitas vel homo per sortem. Gabriel per hunc. **S**ed non aliter per hanc abedine.

Secundo dicendum q̄ substantie separate non considerate logice. sed sicut existunt in re natura sunt complete per se indiuidue. sunt enim se incommunicabiles et irreceptibiles et per se ab invicem distincte nedum indiuidualiter sed specificiter. **D**icendum tertio q̄ materia considerata philosophice sive sicut reperitur in natura prout scilicet est infinitum et ultimum subiectum cuiuslibet forme de se incommunicabilitatem habet. ut inquit Doctor sanctus in tractatu de genere. et ita materia est per se partim indiuidua. quia est per se incommunicabilis. **Q**uam autem distinguitur ab alia materia eiusdem speciei est per quantitatem causaliter. **D**icendum quarto q̄ ipsa quantitas dimensiva per se habet q̄ ab alia quantitate eiusdem speciei numeraliter distinguitur et ita etiam quantitas partim per se est indiuidua. quia per se est ab alia numeraliter diuisa.

Hoc quantitates separate post consecrationem hostiarum per se numeraliter distinguuntur. **S**ed per materiam suam earum communicabilitas terminata. **D**icendum quinto q̄ forma substantialis est indiuidua complete simul per materiam et quantitatem. nam per materiam solam terminatur eius communicabilitas. **E**tiam per materiam immediate distinguitur ab alia eiusdem speciei. **S**ed mediate et originaliter per ipsam quantitatem per quam materia ab alia fit distincta.

Dicendum sexto q̄ omnes forme accidentales preter quantitatem indiuiduantur immediate per suum subiectum singulare. quod est ultimum indiuiduum per materiam et per quantitatem. **D**ico autem preter quantitatem quia quantitas non indiuiduatur a subiecto penes conditionem eius numericalem ab alia. sed illam habet per seipsam.

patet igitur conclusiue

Quod principia complete designationis indiuidualis in ipsis materialibus sunt ipsa materia signata id est incommunicabiliter accepta. et quantitas dimensiva. **P**er materiam enim sola in materialibus fit incommunicabilitas vel communicabilitatis terminatio. **S**ed per quantitatem ipsa uel indiuidua causaliter est distincta ab alia eiusdem

speciei. **U**erum quia quantitas oritur ex materia in ordine ad formam. ideo materia dici potest principium radicale et potentiale distinctionis numeralis. **Q**uod autem dicitur principium completum et actuale. **U**nde dicitur correlatiue primo. q̄ materia concurret principaliter ad indiuiduationem q̄ quantitas dimensiva. **N**am materia se sola est principium primi quod est de ratione indiuidui scilicet eius quod est esse in se indiuiduum. secundi vero quod est esse diuisum ab alio est etiam materia quodammodo principium radicale. **E**licitur secundo q̄ materia sola sine concursu causali quantitatis dicitur signata prout scilicet signatum importat incommunicabilitatem sive irreceptibilitatem. **I**psa enim materia considerata sicut reperitur in indiuiduo est sicut signatio q̄ hec ipsa materia considerata communiter qualiter includitur in specie non autem materia sine concusalitate quantitatis dicitur signata prout signatum importat numericalem distinctionem unius ab alio. **H**anc enim habet a quantitate causaliter. **E**licitur tertio q̄ quantitate abstracta a sorte per intellectum ad huc ipse remanet contractio q̄ species. quia per solam suam materiam que est pars est incommunicabilis etiam causaliter. **Q**uis per eam non fit causaliter ab alio numeraliter distinctus. sed per quantitatem. **E**licitur quarto q̄ sortes est indiuidua. **D**iversimode per alterum. est enim incommunicabilis per alterum. quia per eius partem scilicet per materiam. **S**ed est distinctus numeraliter ab alio per alterum. quia per aliud quod non est in eodem genere cum ipso scilicet per ipsam quantitatem que ab ipso sorte est primo diuersa. **S**upradicta vero consonant dictis Doctoris in littera. dicit enim Doctor q̄ materia non quolibet modo accepta est indiuiduationis principium. sed solum materia signata. **E**t subdit. dico autem materiam signatam que sub terminatis dimensionibus consideratur. hoc est materiam consideratam sicut est ultimum et infinitum subiectum ulterius irreceptibile. cuiusmodi est materia sicut existit in re natura. ubi reperitur sub certis dimensionibus. **S**ubiungit etiam Doctor postea q̄ designatio indiuidui respectu speciei est determinata per materiam dimensionibus certis. quod intelligitur sic q̄ per materiam habet indiuiduum incommunicabilitatem et per determinationem certarum dimensionum habet causaliter distinctionem numericalem ab alio.

et ita indiuiduū per solam materiam habz quādam designatōnem et etiam per solam quātitatē habet designatōnem quādam. Sed completam designatōnem habet p utriusq simul.

Ad obiectiones ductas i op positum predictum est p ordinē in dēdū. Ad primam est dicendum q licet nulle res sit sint uniuersales q existant uniuersaliter in natura cum formē tam partis q totius considerat ab solute et fm se quādam habent uniuersalitatē tam in quātum indifferentiam habent ad hoc sbiectum vel ad illud siue ad hoc suppositū vel ad aliud. Preterea res fm q sunt in intellectu cōmūter apprehense absq indiuiduantibus cōditōnibus habet completam ratōnem uniuersalis ut patebit inferius. Autōritas autem Boetij uult q nulle res sint uniuersaliter existētes in natura rerū. Ad secundam dicitur licet forma substantialis sit principium unitatis specifi ce tamen materia est principium unitatis numeralis quo ad in cōmunicabilitatem per eā em̄ aliquid redditur in cōmunicabile pluribus. Preterea licet forma substantialis sit principium distinctōnis specificē. Tamen in ipis materialib⁹ accidentalibus forma scilicet ipa quātitas ē principium distinctōnis numeralis. Ad tertiam est dicendum q indiuiduare quēadmodum materia indiuiduat nō est proprie agere fm rem. Quinimo est formam suscipere in susceptione enim forme per materiam prohibetur forma a cōmunicabilitate essendi in pluribus. Sed quia causalitatem omnū causarum circumloquimur per causalitatem effectiuam eo q illa est nobis notior. ideo indiuiduare designatur per modū actōnis sicut et recipere. Ad quartam dicitur q aliter forma determinat materiam et aliter materia determinat formam. Materia enim saltem istorum infetiorū est indifferens ad recipiendum uicissim plures formas específicas. sed forma eius confusōnem specificat. Non tamen tollendo possibilitatem suscipiēdi aliam formā specificam. Contra forma fm se sumpta habet cōmunicabilitatem essendi in pluribus s; materia formam suscipiēdo eius cōmunicabilitatē sic coartat ut forma prohibeatur eē in alio. Unde patet q prima determinatō que est p formā et dicitur specificatio est perfectiua. secūda autē que est per materiam et dicitur indiuiduatō ad imperfectionem pētinet. Ad quintam dicitur

dum q materia signata et quātitas ponuntur principia indiuiduatōnis in materialibus non autem in substantijs separatis. Ad sextam dicitur q sicut non est in cōueniens idē aliter tamen et aliter consideratum recipi in se ipsum fm ratōnem. ita nec est in cōueniens q materia considerata cōmūter indiuiduetur p se ipsam consideratam indiuidualiter et signate.

Ad septimā patuit quid sit dicendum. nā materia dicitur signata quodāmodo etiam sine causalitate quātitatē. Materia enim considerata in infimo quemadmodū in natura reperitur est fm se irreceptibilis licet materia considerata cōmūter sit receptibilis in indiuiduū fm ratōnem. non tamen materia habet per se causaliter designatōnem distinctōnis nūalis s; p quātitatē.

Ad octauā dicitur q materia indiuiduat quātitatē sine alia quātitate eo q ut patuit quātitas est partim de se indiuidua cuiusmodi non sunt alie forme quare nō est simile de quātitate et de alijs formis. Et pariformiter quātitas indiuiduat materiam sine alia materia quātū ad distinctōnem numeralem eo q ipa materia etiam est partim indiuidua. Ad nonam dicitur q quāuis materia sit de se hec quo ad cōmunicabilitatem essendi in alio. non tamē quātum ad distinctōnem numeralem unius ab alio.

Ad decimā dicitur q materia non est complete eadem vel vna numero sine concursu quātitatis non em̄ materia est eadem numero nisi quātitas sit eadem. sicut nec materia est diuersa numero nisi quātitas sit diuersa. Ad undecimā dicitur q quātitas non est principium indiuiduatōnis quo ad prohibitiōnem cōmunicabilitatis. sed quātum ad distinctōnem numeralem unius ab alio. Ad duodecimā dicitur q sistendo in compositōne prima ante concursum quātitatis ipa substantia est partim indiuidua quia est in cōmunicabilis p materiam solā. sed distinctō numeralis sibi aduenit per quātitatez. Itaq; indiuiduū quo ad primū quod est de indiuidui ratōne simpliciter puenit quātitatē.

Ad tredecimā patuit quid sit dicendū nō em̄ sequitur si quātitas cōcurrat ad indiuiduatōnem hoc mō quo supra dicitur est q p tanto cōcludatur in indiuiduo essentialiter et in trinsese quemadmodū albedo includitur in homine albo qd tamen quidā asserere conātur. nō tamen est negandū qn exempli grā Boetes includat in se quātitatē sic q in se habeat quātitatē sibi

formaliter inherenter. quoniam in hoc sic omne corpus
 includit quiritatem. **Ad** decimam quartam dicitur quod
 unum neque importat formam unitatis de gene-
 re quiritatis. sed etiam significat materialiter ip-
 sam substantiam incommunicabilem. vel incommuni-
 cabiliter terminatam. cuius incommunicabilitatis cau-
 sa est materia et non ipsa quiritas. **Unde** dicitur quod
 non est aliquid sine materia plene unum numero.

Ad decimam quintam dicitur quod neque quiritas verus
 etiam quodam alio forme separate remanet indi-
 uidualiter existeres sine materia et sine quiritate
 ut patet de animabus separatis. materia autem
 cum finem se sit pura potentia nequit penitus sola
 existere. et per se in natura. **Quod** autem quiritas per se ex-
 istat miraculosum est. nam causa prima per suam
 omnipotentem maiorem potentiam se quiritate esse indivi-
 duale quiritatis quod primum acquisiuit quiritas
 in materia. nec istud repugnat nature quiritatis
 quoniam eius sit preter naturam eius. non tamen est
 contra naturam quiritatis. quia inheretia actualis
 non est de esse actus. sed aperi. uoluntatis inheretia
Verum ista per se existentia sequitur quiritati pos-
 titus quod alius accidentibus. eo quod ipsa quiritas est
 mentium aliorum actuum ratione affinitatis quam
 habet ad materiam. sequitur enim positum generis
 materie. **Unde** albedo et rotunditas hostie sequen-
 te subiectatur in quiritate. et ita ille ibidem existit
 quodammodo naturaliter. **Ad** decimam sextam dicitur
 quod materia se habet per materiam figuram et prius
 per quiritatem ut patuit superius. nec sequitur si quiri-
 tas sit diuisiva spiritus quod ob hoc sit inter se esse
 diuisiva. nam quiritas non est diuisiva diuisi-
 ua intrinsece ut rationale. sed extrinsece. **Ad**
 decimam septimam dicitur quod quiritas circumloquimur eo-
 dem individuo per duas negationes. sub illis tamen
 negationibus affirmationes audiuntur. **Unde** in co-
 municabile et diuersum numero etiam affirmatio-
 nes important. quoniam eque sunt materia signa-
 ta et quiritas. **Vel** potest dici quod refert loqui de re
 et ratione rei. et ideo quiritas ratio individuui constitu-
 atur per duas negationes. tamen id quod est a per-
 te rei individuui non constituitur in esse individuui
 per negationem. sed per modum qui prefertur.

Ad decimam octavam dicitur quod licet substantia sortis
 distinguatur numeraliter a substantia platonis
 hoc tamen non est casualiter per diuersam essenti-
 alem et intrinsecam. sed per quiritatem que non est
 essentialiter intrinseca sorti vel platoni. sed ip-
 sis accidentaliter inheret. **Ad** ultimam dicitur quod ca-
 lor de nocte generatus in sorte distinguitur nu-

meraliter a calore corrupto in ipso de mane
 ter diuersitatem temporis quod etiam est quiritas
Vel dicitur quod unum subiectum plures querendo
 ad indiuiduatum nunc istius caloris qui est cor-
 ruptus. et postea alterius caloris qui iam est
 ductus. est quodammodo et equaliter plura sub-
 iecta. et sic ab eo sumitur distinctio numeralis ca-
 loris nunc producti et prius corrupti.

Sic ergo genus sig.

In hac parte doctor comparat ista quatuor
 scilicet genus diuersam speciem et diffinitio. **Et** primo
 comparat ea per se quiritatem. secundo compa-
 rat ipsa per se diuersam. **Unde** tamen diuersi
 modo. **Dicit** ergo primo quod genus diuersa species et
 diffinitio in hoc quiritatem quod ipsorum quodlibet sit to-
 tum. nullum enim ipsorum significat vel materiam
 tantum. vel formam tantum. saltem in substantijs mate-
 rialibus. quod dicitur propter substantias immateria-
 les et formas actuales. **Deinde** ibi. sed tamen
 diuersimode. **Doctor** parat hec quatuor per se
 diuersam. et ostendit primo quod genus et diuersa signifi-
 cant totum. non tamen per modum totius. sed per mo-
 dum partis. **Secundo** ostendit quod species et diffinitio
 non important totum etiam per modum totius. **ibi** dicitur
 diffinitio. **Dicit** igitur primo quod genus significat
 totum per modum materie seu partis materia-
 lis. **Genus** enim quiritas non sit materia. habet ta-
 men quiritatem seu modum materie. eo quod signifi-
 cat ipsam rem communiter et indeterminate potest
 formabilis seu determinabilis per ulteriores per se
 etiam importata per diuersam. **Exempli** gratia
 corpus significat positum ex materia et forma
 corporalis accepta communiter sine determinatio-
 ne ad animatum vel inanimatum. quod tamen non nunc per
 se etiam supraditas corpori finem eodem. **Extra** do
 diuersa significat totum per modum forme siue partis
 formalis. **Diuersa** enim significat per modum determi-
 nantis formantis et specificantis ipsum genus.
Unde genus significat rem indeterminate non signifi-
 ficat hanc ipsam determinate. **Extra** do diuersa
 significat rem aliquam determinate non signifi-
 cat ipsam indeterminate. **Et** ideo nec genus in sua sig-
 nificatione seu intellectu includit diuersam. nec diuersa in-
 cludit genus in suo primario intellectu. **Unde** dicit
 Avicenna quod genus non intelligit in diuersa sicut per
 esse eius. sed solum per modum entis extra eam et
 similitudinem quodammodo sicut subiectum est de intelle-
 ctu passionis. **Genus** etiam non potest de diuersa per
 se loquendo nisi forte sicut subiectum potest de

sua passione.

S; diffinitio vel spe

Hic ostendit doctor qd spes et diffinitio important totam etiam p modum totius. Dicens qd tam species qd diffinitio comprehendunt ambas partes. scilicet materialem et formalem licet diversimode. spes enim habet partes implicat diffinitio vero eas explicat. Ex isto patet qd genus se habet proportionabiliter ut materia et forma. spes autem ut compositum in natura. nihilominus non sunt illa. non enim ex animali et rationali homo componitur sed realiter qualiter ex duabus rebus constituitur tertia quae tamen non est aliqua illarum quemadmodum homo componitur ex corpore et ex anima. sed si homo dicatur componi ex animali et rationali hoc erit sicut ex duobus intellectibus constituitur tertiis p quod manentur qd homo non constituitur ex animali et ex rationali sicut qd recipiuntur a parte rei. quia ut sic sunt una sed sicut sunt in apprehensione intellectus sui quae accipiuntur diversimode et ut duo cuius signum est qd ut sic unum est genus et non differentia sed animal. atque vero dicitur forma et non generis rationale. Unde sicut res constituta ex aliquibus rebus non predicatur de ipsis singulariter. non enim homo est materia vel forma nec e contra ita intellectus dicitur non predicatur de intellectu diffinitio tamen. non enim dicimus qd diffinitio est differentia et similiter animal et rationale sicut qd consideratur ut due partes non predicantur de homine. quia ut sic accipiuntur patet eis attribuitur intentiones generis et dicitur. Unde homo non est animal accipiendo animal sicut qd est genus. nam si sic tunc haec esset bona consequentia. homo est animal et animal est genus igitur homo est genus.

Circa lectionem

In sententia tamen primo occurrit ista questio. Atque et si genus dicitur spes et diffinitio designant eandem essentiam. veritatem genus et dicitur nec recipiunt predicationem proprie nec inclusionem mutua. Et arguitur primo qd falsus sit titulus questionis primo sic sicut porphyrii spes componitur ex genere et dicitur statua componitur ex ere et figura. sed figura realiter distinguitur ab ere igitur dicitur distinguitur realiter a genere. Decido sic materiale et formale indeterminate natum et determinatum potentia et actus realiter distinguitur. sed genus se habet ad differentiam ut materiale ad formale igitur et. Tertio sic omne principium distinguitur a principio etiam res

aliter ut innuit Boetius. sed spes precipue generis ergo realiter distinguitur a genere. Et probatur prima pars assumpti quod idem non precipue se ipsum. Quarto sic species addit supra genus dicitur dicitur autem sumitur a forma rei. ergo spes nominatur aliquam formam quam non dicitur genus. Quinto si dicitur significaret idem quod spes sequeretur quod homo differeret ab asino specificiter tam p suam materiam qd p formam. Consequens est absurdum quia materia omnium generabilium et corruptibilium est eiusdem speciei. Sed sequela patet quia homo differet ab asino p rationale. Si igitur rationale importat totum qd homo tunc includet tamen materiam qd formam et sic p utrumque homo distinguitur ab asino. Quod enim homo complectatur materiam superius est ostensum. Sexto sicut doctorem in littera genus predicatur de differentia similiter sicut subiectum de passione predicatur. Constat autem qd passio et subiectum non important idem igitur nec genus cum differentia designant eandem essentiam. Septimo si genus differentia et species designant eandem essentiam pernitus tunc sequitur qd distinctio ipsorum in modo significandi predicandi et intelligendi non habeat originem ex re ipsa. sed distaxat sic conficta p intellectum quod non videtur dicendum. Octavo idem semper includit se ipsum et predicatur de se ipso etiam in primo modo p se. ergo si differentia importat idem cum genere sequitur qd ipsa concludat genus et genus de ipsa predicatur in primo modo dicitur p se. Oppositum est de intentione doctoris in lectione. Ad hanc questionem est particularim respondendum. Primo dicendum qd genus dicitur species et diffinitio significat unam et eandem essentiam. quod patet quod una et eadem res est animal homo rationalis et animal rationale. Si enim generis exempli gratia animal esset pars hominis realis tunc animal non posset essentialiter de homine predicari sed solum denominative. quemadmodum non dicitur qd homo sit materia vel manus sed qd sit materialis vel manualis. Decimo doctorem qd haec quatuor pronomina significant hanc ipsam unam essentiam diversimode. nam genus et dicitur ex una parte significat essentiam totam non tamen totaliter sed partialiter quia p modum partis. species autem et diffinitio significat eandem totam et totaliter quia per modum totius. Veritamen genus et differentia etiam significat diversimode quia genus significat eandem p modum partis materialis. dicitur vero p modum partis moralis. Insuper spes et diffinitio significat dicitur

finem. quia spes significat p modum totius in
 se puse partes implicantis. Diffinitio vero signi-
 ficat essentiam eandem per modum totius de articu-
 lato partes explicantis. **D**icendum tertio q nec
 definitio saltem diuisiva est de intellectu generis
 nec genus est de intellectu dñe viceversa. **P**ri-
 mum patet. qz si una dñia diuisiva esset de coin-
 telligentiā generis. tunc eade pari et alia dñia es-
 set de intellectu. et sic gen⁹ in se cōcluderet actu
 aliter opposita. quod est falsum. genus em̄ app-
 henditur vt vnum cum sit vniuersale. **S**ecundum
 patet. qz dñia nominat ipam rem put habet in
 se perfectōnem sp̄alem per quam vna spes dis-
 fert ab alia. cū igitur genus importat rem fm̄
 perfectōnem generalem in qua diuersē spes zue-
 unt. sequitur q in significatiōe et intellectu dñie
 non includatur genus. **E**xempli gratia. animal
 importat rem fm̄ q habet perfectōem sensitiaz
 essentialiter de vltimo perfectiōe subiecto. quo-
 zera rōnale designat rem fm̄ q habet perfectiō-
 nem intellectualem. nō cōcludit saltem in sua sig-
 nificatiōe primariā perfectōem sensitiaz vel ve-
 getatiuā. quā eade res illas pfectōes etiā p-
 hēdat seu i se p-ineat. **H**omo vero significat rez
 fm̄ q has perfectōnes singulas concludit. **E**t ob
 hanc cām ens fm̄ p̄m tertio et septimo mecha-
 phisice non est genus. **N**am ens in omnibus co-
 intelligitur. et sic esset de intellectu sue dñie si
 quam haberet. **Q**uarto dicendum q nec definitio
 diuisiva de ipso genere. nec genus de dñia p̄dicat
 tur p̄prie. **P**rimū patet auctoritate Porphyrij di-
 centis q minora de maioribus p̄dicantur minime
 p̄stat aut q differentia diuisiva generis p̄traci-
 or est q̄ genus. et per zñs in minus se habet q̄
 genus. **E**t itez p̄traciō dñie de genere nec es-
 sentialis nec accidentalis possit dici. vt patet adā
 tenti. **S**ecundū patet nam subiectū habet p̄ditio-
 nem seu p̄prietatem materie et receptiui. definitio
 aut significatur vt forma et vt receptibile. **E**st
 em̄ dñia formalitas et actualitas qua p̄fusa po-
 restas generis p̄trahitur formaliter. et ideo dñia
 tie vt sic repugnat s̄hēibilitas respectu generis
 quinetiam respectu alterius dñie znumozis.
Nō sensitiuū non p̄dicat p̄prie de ipso rationali
 quodlibet em̄ ipsoz significat s̄ozsum sine alte-
 rius inclusione. et ideo inter se non habēt ordinē
 p̄dicatiōis essentialis ad quam requirit q̄ p̄-
 dicatum sit de intellectu subiecti. nec etiā habent
 ordinē p̄dicatiōis accidentalis vt de se patet.
Et quo deprehenditur q vna differentia nō po-

test esse genus ad aliam. cuius tamen oppositū
 quidam asserere nō verentur. **V**erumtamen si
 differentia quandoqz subiciat vtputa dicendo
 rationale est anim. tunc ipsa alienatur a p̄p-
 etate differentie et reponitur sub p̄prietate sp̄i
 fiat spes quandoqz viceversa subinonit p̄ditio-
 nem differentie. vt cum dicitur animal homo. il-
 lic em̄ homo ponitur per modum differentie con-
 trahentis s̄z vice rationalis. **E**t p̄ hoc saluatur
 hanc locutiōem nō esse nugatoriā animal homo
 qualis tamē esset si homo ibi poneretur sub p̄-
 prietate sp̄i.

Ad obiectiones **A**ductas in
 oppositū ē per
 ordinem responderū. **A**d primā dicendū ē q
 Por. in illa p̄paratiōe p̄trahit aliquā similitu-
 dinem. nō aut zuentiā omnifariam. **N**am si
 aut in p̄stitutiōe statue figura determinat es ad
 sp̄alem formam artificialem. ita et differentia
 p̄trahit genus ad certam sp̄em. **S**ed in alijs la-
 ta est disparitas. **A**d secundā dicitur q nō ē
 inueniens vnum et idē a parte rei aliter tamē
 et aliter intellectu habere modū materie et mo-
 dum forme. **S**o autē nō genus et dñia dicuntur
 se habere vt materiale et formale. quia vniū ha-
 bet quandam p̄prietatem materie et reliquū p̄-
 prietatem forme. **E**sset tamen inueniens q̄ vniū
 et idem esset realiter forma et etiam materia vt
 etiam actus et potentia per se et respectu ei⁹ de
Ad terciā dicitur q hec participatiō nō ē et
 alis qualis est illa qua materia participat for-
 maz. **S**ed est participatiō eōis qua nō est inco-
 ueniens idē diuersimode intellectu recipi et parti-
 cipari a seipso. **A**d quartā s̄z q forma quā
 importat dñā fm̄ rem est eade eū forma quā im-
 portat genus. sed per dñiam designatur sp̄aliter
 et fm̄ q per eam spes ab inuicem distinguuntur
 per genus vero significatur znumiter et confuse
 fm̄ q spes in ea zueiunt. **E**t ideo hec additio
 quā differentia addit generi est fm̄ eōem signifi-
 candi et fm̄ modum intelligendi. **N**on alit est p̄-
 realem sup̄additiōnem forme in genere nequa-
 q̄ apprehense. **A**d quintā obiectionem
 dicitur q homo dicitur differre ab ajino per ip-
 sum rationale quod quidam rationale nominat
 formam totius quodammodo logicę et fm̄ rati-
 nem. **P**hisice autem et realiter homo differre ab
 ajino per formam partis scilicet per animā ra-
 tionalem. **V**nde non oportet q homo dicatur
 p̄ rōnale ab ajino differre primo et rōne totius

sed sufficit q̄ ratione partis. **Ad** sextam dicitur q̄ Doctor in illis verbis intendit q̄ genus nō predicatur de ipsa differentia predicatione p̄pria si tamen formetur talis predicatione tūc ipsa assimilatur predicatōni qua subiectum predicat̄ de ipsa passione. Nam sicut subiectum est extra primariū intellectum passionis. et passio est omnino extra intellectum subiecti. ita cōsimilit̄ genus est extra intellectum primariū differentie et e contra differentia est p̄ritus extra intellectus generis. **Preterea** sicut passio est quale sp̄i fluminis ex eis principijs. ita differentia ē quale generis egeredinis ex generis potestate s̄m̄ eisdem accidens autem ponitur quale individui. et ita triplex quale distinguitur. Verū etiā ampla est diversitas istarum predicationū. predicatō enim subiecti de passione est reducibilis ad s̄c̄m̄ modū p̄ se p̄transpositionem. **Predicatō** autem generis de differentia nō est reducibilis ad predicationem p̄ se nisi for̄sā differentia poneret loco sp̄i. sed sic esset reductive in primo modo dicens p̄ se nō autem in secūdo. **Ex** quo patet q̄ argumentum nō c̄n̄cludit. **Ad** septimā dicitur q̄ distinctō generis et differentie in modo significandi et in mō intelligendi sumitur ex eā ipsa que licet sit un̄a continet tamen virtualiter et equi valenter plures essentielles gradus perfectionis. Nam anima rationalis simplex in se d̄tualiter continet animā vegetatiuā et sensitivā ipsa enim est substantialiter vegetatiuā sensitivā et rationalis. habet igitur res in se unde significatur et intel̄igitur diversimode. **Unde** distinctō generis et differentie nō est distinctō rationis radicantis t̄m̄ sed etiam ex pte rei rationabilis. **Ad** octavā dicitur q̄ idē uno modo designatum est extraneum sibi ipsi significato alio mō. ut id quod p̄ animal designatur ut sic est extraneum sibi ipsi p̄ significatur p̄ rationale et e contra. **Verū** a parte rei est idem quod est animal rationale. **Insup**

Aduertendum dicitur circa hoc littera differentia significat formā determinate sine hoc q̄ de primo intellectu eius sic materia determinata. q̄ hoc non est intelligendū de materia que est altera pars compositi nam differentia scilicet in substantijs materialibus includit in se in sua significatōne materiam que ē altera pars compositi etiam contracti mō q̄ includatur in genere. **Materia** t̄m̄ proportionabi-

liter coelementatur formā. cum igitur differentia designet formā in determinatione mō quā genus sequitur q̄ proportionabiliter materia tractius designetur p̄ differentiam q̄ p̄ genus. **Sed** dicitur doctoris ē sic intelligendū q̄ differentia nō includit determinatā materiā. i. aliq̄ determinatū genū quod s̄m̄ eū dicitur significare materiam eo q̄ significat id quod est materiale tanq̄ h̄ns modum materie ut patuit superius. **Unde** rationale nominat rem compositam ex materia et forma intellectuali nō curando an habeat perfectionem insitivam vegetatiuam vel corporā. **Cū** itaq̄ animal in suo intellectu includat tam sensitivū vegetatiuū et corporum. patet q̄ rationale nō includit animal quoniam nec corp̄ animalium nec etiam corpus.

Advertendum duplex est tractatus quodam enim est tractatus ad supposita qualis est tractatus animalis per rationale. et hominis per album. Alia autem est tractatus quod ad determinata formalia rationem sub qua considerat aliquo qualis est tractatus hominis per visibile. et coloratum per mobile. nam hoc consideratur sub visibilitate luminis sub determinata formalia ratione cum tamen sit sub alijs plurimis formalibus rationibus considerabilis.

Considerandum ultimo quod color saltem proprie dicitur quodammodo qualitas secunda resultans ex elementorum mixtione. Vnde non reperitur color proprie nisi in corporibus mixtis. quibus enim lucis incandescencia causat plerumque coloris apparentiam. non tamen ex sola lucis incandescencia resultat color verus et proprie dicitur. In quatuor autem elementis ignis nudus est dyaphanus si secundum se est lucidus. humo ignis si ipsa lux putat ignis distinguitur in igne carbonis flammam et lucem. Aer autem et aqua sunt elementa dyaphana tamque capacia lucis in profundum. non tamen secundum se sunt lucida. Terra autem est opaca nec lucis capax in profundum nec secundum se lucida. Et secundum hoc color qui resultat ex mixtione elementorum debet resultare ex participatione lucis scilicet ignis in dyaphano aeris et aque terminato per opacitatem terre. quod autem lux ignis in ista est formalis. ideo dicitur interpretari quodammodo quod lumen sit formalis propositus colorum. et quod luminosum habet epiphaniam albi. tenebrosus autem vel obscurus habet epiphaniam nigri. ideo si in humo mixtione elementorum suphabundans sit luciditas ignis. et dyaphanei

tas aeris et aque. tunc rationabiliter in superficie corporis mixti resultat color albus. quo preterea si in humo mixtione suphabundat opacitas terre resultat color niger. Ex quo pronuntiat apprehenditur cur album disgreget visum. et nigrum visum aggreget. nam excellens lumen visum disgregat in albo autem est suphabundans luminis redundancia. sed mediocriter tenebrosus ipsum visum unit. modo in nigro est resonantia obscuritatis et opacitatis terre. Et est huius tenaci memorie amodo quod ad actum experientia lucis participatio in corporibus variis quodammodo considerat eorum perfectionibus. quoniam entitas cuiuslibet creature in effluxu effectivo participat radio. et in refluxu finali passivo ad lucem primam assimilatur splendori qui resultat ex refractione radii ab aliquo corpore opacitate refractionis. Namque perfectio tota est in nuda rebus variis instar linee radiose a luce inaccessibilis claritatis potest effectivum et exemplariter. Ad cuius contemplationem lumen pium et finitatem beatificam reducat nos finaliter hec ipsa lux non dissipabilis sed lucens eternaliter.

A M E N

Comentarius venerabilis viri artium magistri nec non sacre theologie professoris eximii magistri Gerardi de Monte. compilata circa predictum de quodammodo rebus. quod evidit sanctus Thomas de Aquino. insignis peripateticæ veritatis in pres. hic feliciter terminat.

Tabala

Sequitur tituli questionum et notabilium principalium super predictum Doctoris sancti de ente et entia iuxta numerum foliorum annotati.

Quæstiones problemiales

- An de ente et eterna sit aliqua scientia fo .i.
- Quid sit substantia seu generis scibile huiusmodi predicti .i.
- Que sit huiusmodi libelli intitulatio. .i.

Tractatus primus de

- essentis substantiarum materialium
- An ens sit obiectum nostri intellectus .h.
- De questione quid non ens. vnde ibidem

Tabula

Ad hñdum noticiã qđditatis entiu a signifi-
catōe entis ad signifi. atōem essentie fit proce-
tendum. ij.
Quo q̄reta dñe sũt ap̄ōa abstractis ij.
An aliqua sint etiã q̄ cẽntiam nō hñt. ij.
Quo accipit̄ multifa. re et quot modis iij.
An ens rōnis sit enti reali p̄distinãtũ iij.
Natura accipitur quoadrupti. iter. iij.
Aliqđ ens p̄t dici absolutũ tripliciter. et p̄ o-
scitum aliqđ s̄ tripliciter dependet. iij.
Quãto s̄ba materialis ē ap̄ōa tãto ē p̄fectior. iij.
An oriẽ difficultas cognoscẽdi aliqđ vi.
Tripl̄citer aliquid agnoscat̄ur vi.
Utr̄ qđditas seu cẽntia materialis individui co-
elementetur intrinsece ex forma partis et ex s̄b-
stantia subiectiva materie. vi.
Quid est essentia individui. vi.
Essentia individui s̄ eius forma vi.
Utr̄ designatōnis individualis p̄leta cōp̄inci-
piã sint ipsa quãritas et materia signata sub-
certis dimensionibus. viij.
Dupliciter aliquid individuatur. ix.
De p̄leta rōe materialis individui sũt duo ix.
Non est prozsus item esse principũ individua-
rōnis et individui. ix.
Utr̄ et si qđ dñã sp̄s et diffinitō designat̄ dñã
essentiã utriusq̄ genũ et dñã nec recipiunt p̄dica-
tōem p̄p̄e nec inclusiōẽ mutuã. xi.
Quo d̄ intelligi qđ dñã s̄ significare formã de-
terminatẽ sũt h̄. c. qđ de eius intellectu primatio
fit materia xij.
An hō aliquo dicit̄ ap̄ōm ex aiali et rōnali. xij.
Natura aialis p̄ferat̄ tripl̄. xij.
Vnitus generis ē p̄m filis et p̄m dissimilis
vnitati materie. xij.
Hec triã hñãntas hō et fortes se hñt p̄omita-
ter s̄m quendam ordinẽ. xij.
Vñ s̄ intentio et quo distinguit̄ur. xij.
Quo attribit̄ platoni ip̄m posuisse p̄t. s̄ vles a
singularibus sepatas tã s̄m d̄ qđ s̄m rōem. xv.
Sci formis acceptō nature coaptatur congrue
triplici consideratōni ipsius luminis. xv.
Utr̄ quẽmenter distinguit̄ur triplex vles. s̄ an
te rem in et et post rem. xvi.
Nomen vniuersalis multipliciter accipit̄ xvi.
Utr̄ vnitatis rō attribuat̄ natẽ intellectu obie-
ctiue vel sp̄ci intelligibili in intellectu extrĩ sub-
iectiue. xvi.
Quo auerrois asserbat̄ in omnibus hominib̄
fore vñã intellectum. xvi.

Tractatus secundus

de essentijs substantiar̄ immaterialiũ xvij.
Utr̄ intelligit̄ et rōnalis aia actu intelligibiles
etiã p̄ut in nata sũt individualit̄ ex mat̄ia sp̄i-
ali et ex forma coelementate sunt s̄baliter. xvij.
Quidditas s̄be materialis abstractiue designata a
s̄ba materialis individuali duplici distinguit̄ dñã. xvij.
Utr̄ in sepat̄is plurificatio numeralis sub vna
s̄ctate sit possibilis. xx.
Utr̄ in quolibet sc̄ũdoy sit coelementatio realis
cẽntie et ipsi? et qđ ē qđ actualissimã ad cẽntia
nō effectã sed sc̄ũt̄ eius cathegorie. xxi.
Tã prima est ip̄m eẽ in se subsistens. xxij.
Utr̄ intellectus possibilis parisi. ac materie
prime horum inferiorũ. xxij.
Utr̄ cã prima simpliciter sit eẽ tẽm p̄inens in
hilomn? p̄fectōes oim et si nō sit in genẽ. xxvi.
Utr̄ quũs eẽ sit p̄stãt? qđ cẽntia tñ eãna ē in
ita et eẽ est finitũ in ipsa intelligẽtia xxvij.
Utr̄ rōnales aie individuare p̄ corp? occasionalit̄
post sepatōẽ distinguit̄ dicitur ad aliã. xxvij.
Utr̄ nec possit rōnalis aia ex sua natali facul-
tate dñã intelligẽtiã p̄p̄as nec genus earum
proximũ cognoscere. xxix.
Utr̄ genus et dñã in substantijs sepat̄is sumã
tur aliter qđ in substantijs p̄positis. xxix.

Tractatus tercius

de essentijs substantiar̄ immaterialiũ xxxi.
Utr̄ actus s̄m se verã hñã cẽntiã sit tãte xp̄e
den. re ut ip̄m sine substantia nec sit diffinibilis
nec intelligibilis. xxxi.
Entitas alterius p̄ferat̄ qđ dupliciter xxxij.
Subiectũ actus p̄t dupliciter designari. xxxij.
Quo dñã aia i suis op̄atōib̄ diḡ corpe. xxxij.
An i aliquo substantiãl̄ corrupto sit possibile
actiã qđ in gñato p̄eat̄ eadẽ não emanẽ. xxxij.
Aligua sũt actiã que nō p̄nt a subiecto sepa-
ri neq; in eo remitti. xxxij.
Abstracta p̄nti s̄be ñ p̄oicãt̄ de se inuicẽ. xxxij.
Predicamenta is coordinatio substantiar̄ cõsti-
tuitur rōnabiliter ex p̄ctis. xxxij.
Utr̄ in notificatōne cuiuslibet p̄cti actiãl̄is
pom possit sũt subiectũ loco generis. xxxij.
De p̄stitutiōe coloris p̄t dici et ei? s̄be. xxxv.

Fins tabule.

Tractatus ostendens concordiam sancti Thomae et venerabilis Alberti in multis in quibus dicantur esse contrarii

Ulte plu

res magistri fieri fecerunt mei. scribit Jacobi tenacio. De quo sic inquit sanctus Augustinus in principio libri tractatōnis

Plures magistros fieri exi-
 stimo esse diuersa atque inter se aduersa sentiant
 Cui vero id ipsum dicitur omnes et verum dicitur et ab
 unius magistri magisterio non recedunt Ad hoc inu-
 tat Apostolus primum ad Thimotheos primo. Dis-
 ces Iosipm dicatis omnes et si sint in vobis scis
 mata. scitis autem perfecti in tota sentia et in eade
 scia. Putat nihilominus plurimum quod duo illi e-
 re ordinis et professionis doctores famosissimi sa-
 ctus Thome et venerabilis Alberti. sunt reseriores sa-
 lutarium homini exhortationis. quibus unus doctri-
 na alterius doctrine frequenter sit tractata
 De hoc tractatus quidam est editus. qui numerat
 contrarietates multas quas inter sanctum Thomam
 et venerabilem Albertum asserit existere. et in eorum
 decisionibus sagaciter suppressit quibus quidam asserit
 bit sancto Thome. hic tractatus turbat multos
 inclinatos studio doctrine sancti Thome. qui in
 philosophicis Aristotilem et in theologis tra-
 ctu colit Augustinum. Ea propter producere quodam in-
 stitui in presentia tractatu per que rationabiliter tra-
 ctatus ille poterit impugnari. quoniam ostendit ea que
 producam doctores memoratos in terminatōni-
 bus publicati que tractat ponit non esse repugnantes

preambulū aut produ-

endox sunt quodam que venerabilis Albertus dicit
 in suis libris philosophicis. In fine 2^o libri
 animalibus dicit sic. Jam expletus est liber ani-
 malium. et in ipso expletu est datum opus natu-
 rarum. in quo sic moderamē tenui quod dicta peripa-
 theicorum ut melius potui exposui. Nec alijs in-
 eo potest reprehendere quid ego ipse sentiam in phi-
 naturali. sed quicquid dubitat parietur hec que dicta
 sunt in nris libris dictis peripateticorum. et tunc vel
 reprehendat vel assentiat. me dicens scientie ipsorum
 fuisse inceptum vel expositum. Si autem non legens
 et parans reprehendat tunc astat ex odio tunc ex
 reprehendere vel ex ignorantia. et ego valium homi-
 ni per curio reprehensiones. In fine libri amen

ei politicorum dicit sic. Non dixi aliqd in isto libro
 nisi exponendo que dicta sunt. et edes et causas ad
 hunc modo sit nec in omnibus libris philosophicis unquam
 de meo aliquid dixi. sed opinionibus peripateticorum
 eorum pro fidelius potui exposui. In fine 2^o
 libri metaphysice dicit. Hic igitur finis sit dispu-
 tationis istius. in qua non dixi aliquid secundum opinio-
 nem meam propriam. sed omnia sunt dicta secundum opinio-
 nes peripateticorum. et qui voluerit hoc phare di-
 ligenter libros eorum legat. et non me sed ipsos lau-
 det vel reprehendat. In fine vntim metaphi-
 sice dicit huc simile. In fine 2^o libri ceterum
 dicit sic. Eligat veros viuisque quod vult. ea enim
 que dicta sunt secundum peripateticorum rationes determi-
 nata sunt et non assertōibus nris inducta.

In fine 2^o libri physice. Et primum ab om-
 nibus hoc opus inspecturis ut diligenter exami-
 nent non acceptōes suas. sed dicta antiquorum per-
 ipateticorum. et tunc vel reprehendat vel dimittant
 secundum que eis placuerit. Insuper libro tercio de so-
 no et vigilia qui est de diminutione capitulo duo-
 decimo dicit sic. Philosophia tunc suscepimus de-
 cenda plus secundum peripateticorum sententiam ea po-
 sequentes que intendimus. que etiam ex nra scien-
 tia aliquid velimus inducere. si quod enim forte prope
 opinionis habemus in theologis magis que in
 philosophicis deo volente profect. Ex his pri-
 mo reprehendit que non est certum que ea que venera-
 bilis Albertus scribit in philosophicis sunt. sunt
 proprie opinionis nisi eade expectant in operibus
 suis theologis. Deprehendit ex his secundo
 que ea que ponit in philosophicis nequaquam debet
 sententi sue opinionis quoniam illorum opposita determi-
 nat in suis scriptis theologis. His premissis
 accedat vicissim contrarietates quas tractat me
 sanctum Thomam et venerabilem Albertum. asserit existere
 que secundum sanctum Thomam logica et alie liberales
 artes sunt speculatiue scientie.

prima contrarietatis

Quid tractatus narrant est. que sanctus Thomas
 dicat logicam et alias scias triuales et practi-
 cas quas venerabilis Albertus dicit esse specu-
 latiuas. sed assertio ista tractatus ipsius non est
 vera. Nam etiam sanctus Thomas manifeste ponit
 logicam et alias scias triuales esse speculatiuas
 dicit enim prima scilicet que sunt. primo duplex
 est opus scilicet exterius et interius. practicum ergo
 est operatiuum quod diuidit ultra speculatiuum sua-
 tur ab opere exteriori ad quod non habet ordinem

habitus speculatiuus. sed tam̄ habet ordinē ad
opus interius intellectus quod est speculari
uerum. et fm̄ hoc habitus speculatiuus est habi-
tus opatiuus. **P**rererea eadē questione ar-
teris. arguit sic artes liberales sunt excellentio-
res quā artes mechanicę. sed sicut artes mecha-
nicę sunt practice ita artes liberales sunt spe-
latiue. ergo si ars esset uirtus intellectualis de-
beret uirtutibus speculatiuis anumerari. **E**t sol-
uendo dicit q̄ etiam in ipsis speculatiuis ē ali-
quid p̄ modū cuiusdam opis puta cōstruētō syl-
logismi aut oratōis congrue aut opus nume-
randi uel mēsurandi. et ideo quęcūq; ad huius-
modi opa rōnis habitus speculatiui ordinātur
dicuntur p̄ quandam similitudinē artes. **H**ec
liberales ad differentiā illarum artū que ordi-
nātur ad opera p̄ corpora exercita que sūt quo-
dāmodo seculares in quātum corpus seculiter sū-
ditur anime et homo fm̄ animam est liber. **I**n-
le uero scientie que ad nullū huiusmodi opus or-
dinantur simpliciter scientie dicuntur non autem
artes. nec oportet si liberales artes sint nobilis-
res q̄ magis eis cōueniat ratio artis. **E**t in ea-
dem questione articulo quarto arguit sic pruden-
tia magis cōuenit cum arte quā habitus specu-
latiui. sed quidam habitus speculatiui dicuntur
artes. ergo multo magis prudentia dicitur ars.
Et soluendo dicit qd̄ prudentia magis cōuenit
cum arte q̄ habitus speculatiui quantum ad
subiectū et materiā. utriq; enim est in opinatiua
pte anime et circa contingens aliter se habere.
si ars magis cōuenit cum habitibus speculatiuis in
ratione uirtutis q̄ cum prudentia ut ex dictis pa-
tet. **E**t secūda sedē q̄. **A**. **4**. ar. **2**. arguit sic in ea-
dem parte anime ponitur a philosopho pruden-
tia et ars ut patet ex sexto ethicorū. **H**ec ars si
solum inuenitur practica sed etiam speculatiua
ut patet in artibus liberalibus. ergo prudentia
etiā inuenitur et practica et speculatiua. **E**t sol-
uendo dicit q̄ omnis applicatio rationis recte ad
aliquid factibile pertinet ad artem. sed ad prou-
dentiam non pertinet nisi applicatō rationis recte
ad ea de quibus est cōsiliū. et huiusmodi sūt in
quibus nō sunt uie determinate ueniendi ad fi-
nem ut s̄ tertio ethicorū. quia ergo ratio spe-
culatiua quedam facit puta syllogismū p̄positi-
onem et huiusmodi in quibus procedit fm̄ cer-
tas et determinatas uias inde ē q̄ respectu illo-
rum potest saluari ratio artis nō autem ratio
prudentie. et ideo inuenitur aliqua ars specula-

tia sed nō prudentia speculatiua. **E**t questione
2i arti. quarto in responsione ad scdm̄ argumētū
s̄ q̄ etiam in speculatiuis dialectica q̄ est in qui-
sitiua procedit ex cōmuni bus. demonstratiua au-
tem que est iudicatiua procedit ex p̄p̄is
Et fm̄ sanctū Thomā est idem qd̄ est uniu-
siale ante rem in re et post rem.

Scdm̄ contrarieta

tē tractat? ponit q̄ sanctus tho. dicat uniuersale
ante rem et in re non esse idem cum uniuersali
post rem. **H**ec uenerabilis Albertus dicit itez
esse. et tamen tractatus dicit in decisione quod
esse humanitatis ut est ante rem et in re est de
genere substantie. et ut est post rem est de ge-
nere accidentis. hec uerba magis sonāt diuersita-
tem maximā q̄ p̄emptitatem. **E**t subditur in
tractatu q̄ albedo ut est intentio siue species
naturalis est de primā specie qualitatis. et ut
natura est de tertia specie qualitatis. cōsuet
studiosus an cōuenit dicere q̄ intentō lūmi-
nis et albedinis sit sp̄i alterius q̄ lumen et al-
bedo. cum distinctō specificā sit essentialis. **E**t
in fine decisionis dicit q̄ uenerabilis Albertus
dicit subscripta uerba uniuersale post rem
est duplex habens esse scilicet materiale quo ha-
bitualiter informat intellectū possibilem ad actū
intelligendi. **E**t formale quo est natura de plu-
ribus predicabilis. et primo mō est accidens in-
tentionale de prima sp̄e qualitatis. secūdo modo
est in pluribus generibus predicamentalis. iux-
ta exigētiā eorū de quibus essentialiter predi-
catur. **U**bi autē hec uerba uenerabilis Albertus
dicit nō narrat. sed quicquid sit ex dicendis pa-
tet q̄ in hac materia nō est illa quā p̄dit dis-
crepantia tractatus. nō enim sanctus Thomas
sentit q̄ sp̄s intelligibilis habitualis informat
intellectū ad intelligendū sit uniuersale post re-
m et predicabile s̄ indiuiduis. sed q̄ uniuersale p̄
rem sit terminus obiectalis primarius ip̄si in tel-
lectōnis cui terminus cōuenit magis p̄emptis
cari cum re ad extra q̄ ip̄i habituali sp̄i intelli-
gibili. unde sanctus Thomas in suo tractatu
de quidditatibus entium dicit q̄ ratio generis et
sp̄i cōuenit essentie fm̄ q̄ signatur per modum
totius ut nomine hominis uel animalis prout
implicite et indistincte continet totum illud qd̄
in indiuiduis est. unde deprehenditur ex his que
in eodem tractatu paucis interpositis sequuntur
q̄ sententia sancti Thomę est q̄ homini accepto

in se quo modo est uniuersale ante rem quod sunt
 essentialia primi et secundi modi per se. sed homi
 ne suscepto in singularia quo modo est uniuersale
 in re quod sunt predicata accidentalia realia. ut cur
 etres et sedere. homini uero ut conceptus et obies
 et aliter intellectu quo modo est uniuersale post re
 quod sunt primi et intentus cui attribuitur inte
 llectus secundum ut esse speciem et esse in predicamento
Quia correspondere dicit sanctus Thomas
 primo per ar. nem. q. cum de re quodam sunt
 uniuersalia quodam uero singularia. Diuidun
 tur res quodammodo significant per nomina que
 subiungunt in enunciatis. et que intentiones
 generis et speciem intellectus attribuit nature intel
 lecte. **Præterea** in prima parte q. lxxv. arti.
 secundo dicit. sicut species sensibilis non est illud quod
 sentit sed magis id quo sensus sentit. ita species intel
 ligibilis non est id quod intelligitur. sed quod pri
 mo intelligitur est res cuius species intelligibilis est
 similitudo. **Et** subdit que humanitas apprehendit
 sine individualibus conditionibus quod est abs
 trahi ipsam ad quod sequitur intentus uniuers
 salitatis accidit humanitati sicut que percipitur ab
 intellectu in quo est similitudo nature speciei et si
 individualium principiorum. **Et** ar. exercio q. uniu
 sale potest considerari uno modo sicut que natura uniu
 uersalis consideratur simul cum intentione uniuers
 salitatis. et que uoces non significant species intelligibi
 les. sicut ea que intellectus sibi format ad iudicandum
 de rebus exterioribus. **Et** in paruo quodam tra
 ctatu de uerbo dicit. hoc nomen lapis non signat
 substantiam intellectus nec significat speciem in
 tellectus intelligit. nec signat ipsam intelligere. sicut
 significat uerbum interius expressum et forma
 tum in anima quod operatur ad intellectum non si
 cut id quo intellectus intelligit. sed sicut in quo
 intelligit. nam in isto expresso et formato uidet
 naturam rei et intelligit. **Et** similiter quodlibet
 to quinto q. nona dicit que uerbum exterius non
 significat speciem intelligibilem. sed uerbum cordis
 quod per operationem formatur. quod ipsam uerbum
 possit dici forma uel species intelligibilis. sed sunt
 per intellectum constituta sicut forma artis quod
 intellectus adiuuenit sed quodam species intelli
 gibilis. **Et** in summa contra gentiles libro primo ca.
 liij. dicit intellectus per speciem rei formatus intel
 ligendo format in seipso quodam intentionem rei
 intellecte que est ratio ipsius quam significat diffinitio
Et hoc quod necesse est eo que intellectus intel
 ligat inuenire rem presentem et absentem. in quo

cum intellectu per imaginationem conuenit. sed intelle
 ctus hoc amplius habet que etiam intelligit rem
 separatam a conditionibus naturalibus sine quibus
 in re natura non existit. et hoc non possit esse
 nisi intellectus intentionem in predicta sibi forma
 ret. hinc autem intentus intellecta cum sit quasi termi
 nus intelligibilis operationis est aliud a specie in
 telligibili que sicut intellectum in actu quam oportet
 considerari ut intelligibilis operationis principium
 licet utrumque sit rei intellecte similitudo. per hoc enim
 que species intelligibilis que est forma intellectus et
 intelligendi principium est similitudo rei exteri
 oris. sequitur que intellectus intentionem format illi
 rei similem. quod quale est unumquodque talia ope
 ratum. **Et** ex hoc que intentus intellecta est similis
 alicui rei sequitur que intellectus formatio huius
 intentionem rem illam intelligat. **Verbis** primis
 sancti Thomæ sonat id quod uenerabilis Al
 bertus dicit in de homine. ibi dicit sic si proprie lo
 quamur species intelligibilis non est materia consider
 atio circa quam est consideratio. sed res potius
 cuius est illa species. **Et** subdit sed si non fiat uis
 in hoc tunc species intelligibilis est in duplici consi
 deratione. enim est species rei et species intellectus. sicut res
 species est ut in quam ducit per hoc que est ratio
 rei et quidditas. species uero intellectus ut forma
 perfecta potentie eius. **Et** deinde subdit que species
 consideratur duobus modis. scilicet ut ratio rei et ut
 actus anime. et ut ratio rei est apud omnes ita
 ut accidens uero anime indiuiduatur in omnibus
 animabus. **Et** subdit que uniuersale est de omni
 sicut que est ratio uel natura communis suorum parti
 culatum et non sicut que est actus anime. **Et** sub
 dit que uniuersale sicut que est actus anime non est
 ratio rei. ratio est enim quidditas rei et substantie
 species autem intelligibilis est accidens non rei sed in
 tellectus. **Et** hec uerba uenerabilis Alberti uice
 sonant tanta ideptitatem uniuersalis post re
 cum uel ante rem et in re quodam sonant uer
 ba sancti Thomæ. quare tractatus non recte in
 dicant.

Et sanctus Thomas potest materia esse cau
 sam indiuiduationis in materialibus subiectis.

Tercia contrarietas

Quia tractatus potest esse circa primum in di
 uinationis in substantijs materialibus. putat
 enim tractatus que sanctus Thomas dicat mate
 riam non esse eam originalem indiuiduationis. sicut
 quidditatem. Istius oppositum ostendit multitudo

producentem. Nam sanctus Thomas circa octa-
uam propositionem libri causarum dicit sic. q. aliq. nō
fit natum esse in multis potest contingere du-
pliciter. Uno modo per hoc q. est determinatum ad
aliquod unum in quo est. Alio modo per hoc q. nō est
natum recipi in aliquo. et ex hoc habet individu-
ationem sicut materia prima in rebus corpora-
libus que est principium singularitatis. et hoc modo
est individuatum in substantiis separatis. Et in tra-
ctatu de dimensionibus interminatis cap. secundo
in fine dicit sic. Cum enim forma recipitur in ma-
teria circūscriptis per intellectum dimensionibus
fit aliquid existens in genere substantie et ulti-
mū habens completam rationem individui in sub-
stantia. Et licet nō sit hic et nūc demonstrabile
nisi dimensionibus certis et terminatis quas se-
qui necesse est eo q. forma recipitur in materia
cum impossibile sit eam in materia recipi quin
constituatur corpus q. est substantia. cuius pro-
pria signa sūt dimensionibus ipse et ideo dicit q. ma-
teria sub certis dimensionibus est causa individua-
tionis nō q. in dimensionibus causant individua-
tionem. accidens enim nō causat subiectum. sed q. a
per dimensionibus certas demonstratur individua-
tionem. hic et nūc sicut per signa propria individui et in se
parabile. Et in primo scripto distinctione vice-
materia. arti. primo sic dicit. Natura non dicit
compositum ex hac materia demonstrata deter-
minatis actibus substance in qua individuatur
forma. hec enim materia demonstrata est sicut re-
cipiens materiam communem. Hinc correspondet
illud quod dicit sanctus Thomas in suo tractatu
de quidditate rebus entium ibi dicit sic. Materia si
quolibet modo accepta est individuationis princi-
pium sed solum materia signata. et dico materiam
signatam que sub determinatis dimensionibus
consideratur. Et distinctione octava arti. decimo
quarto per materiam natura individuatur et q.
anima nō individuatur nisi ex corpore. Et distin-
ctione. xxv. arti. primo. natura in compositis fit
additio materie determinate per quam natura co-
muni generis vel differentie individuatur. Et
eodem arti. particulare efficitur individuum per ali-
quod essentialē quod quidem in rebus compositis
est materia. Et in secundo scripto distinctione
tertia arti. secundo. dicit sic incommunicabilitas in
homine est ex hoc q. natura sua receptibilis in
materie fundamento per materiam determinatur
Et eodem articulo dicit sic. forma principialis
nō individuatur nisi per materiam in qua recipit

esse determinatum. Sed forma que nō est recep-
tibilis nō indiget materia determinate. s. in sua
natura determinat ad esse. Et arti. quarto. ani-
ma rationalis ex corpore recipit esse individuatum
quod quia nō dependet ex corpore remanens in
individuatione etiam destructo corpore. Et arti. deci-
mo dicit sic. forme individuationis nō est nisi ex ma-
teria. unde quoties forme aggregantur semp-
er manet collectio illa comunicabilis multis quo-
usque intelligatur per materiam determinatam. unde
de cognitio huiusmodi forme aggregatis nō co-
gnoscitur sicut et plato. Et deinde subdit q. ma-
teria est principium individuationis et singularia
individuantur per materiam. Et dicit in scripto scio
distinctione secunda in fine. Singulare habet in-
comunicabilitatem per illud quod est de ratione
eius scilicet per materiam que est pars differentiationis
eius si diffinitur. Et in quarto scripto distinctione
duodecima. arti. primo dicit sic. Primum individua-
tionis principium est materia. sed ex dimensionibus
materia habet q. dividatur. Deinde in prima
parte questione. ij. arti. ij. dicit sic forme que sunt
receptibiles in materia individuatur per materiam
que nō potest esse in alio cum sit primum subie-
ctum. Et arti. tertio. principia diffinitur i. hinc se
formaliter respectu materie individuationis. Et q.
stione decima quarta. arti. v. decimo. Singulare
ria ex causis universabilibus sortiuntur quasdam for-
mas et virtutes que quantum ad invicem coniunguntur
nō individuatur nisi per materiam individua-
tionem. Et deinde subdit q. scientia dei usque ad sin-
gularia se extendit que per materiam individuatur
Et questione vice-primanona. arti. primo dicit sic. ha
individuantur per se ipsam. sed actus individuat
per subiectum quod est substantia. Et questione. lvi. arti. i. sic
fit in rebus corporalibus materia est individuationis
principium. Et questione. lxxv. arti. iij. sic fit. Materia est
per se in rebus materialibus nō quidem materia si-
gnata que est principium individuationis sed ma-
teria communis. Deinde in tertia parte questione. lxx. arti. ij. sic
materia est individuationis principium omnibus for-
mis inherentes. quia cum h. nōi forme in se ipse est
de se sūt nature in aliquo esse sicut in subiecto. ex
quo aliqua earum recipitur in materia in que nō
est in alio nec ipsa sic ex his potest in alio esse. di-
uisio autem substantie accidit eode quantitate ut
dicitur in primo philosophorum. Ceterum in questionibus di-
sputatibus de potentia materia nona. arti. primo
sic fit in substantia particulari preter materiam
communem est materia individualis que est singu-

facilitatis principium. Et subdit accidentia non indiuiduantur nisi ex suis subiectis. sola autem substantia per se ipsam indiuiduat et per propria principia. Et ar. ij. dicit sic substantia ex proprijs principijs indiuiduatur et non ex alijs extraneo sicut accidentia ex suo subiecto. Et subdit quod hoc singulariter indiuiduatur per hanc materiam et illud per illam. Et ar. tertio dicit in rebus materialibus in quibus forme non sunt per se subsistentes si materie inherentes oportet quod principium indiuiduationis sit ex materia. Et in questionibus de spiritualibus creaturis quod quinta dicit materia est principium indiuiduationis in quantum non est nata in alio recipi. Et in summa contra gentiles libro primo capitulo vicesimo quinto dicit quod essentie vel quidditates generis vel speciei indiuiduantur per materiam signatam huius vel illius indiuidui. Item quidditas generis vel speciei includat materiam et formam in quantum. Et libro secundo capitulo lvij. per hoc forme indiuiduantur quia sunt in materia. Pro ampliori premissa sero declaratione.

Primo Considerandum est quod incommunicabilitas que est de ratione indiuidui non est incommunicabilitas in recipere. quia in recipere materia etiam indiuidualis est communis. sed incommunicabilitas in recipere que in recipere potest dici et hec incommunicabilitas conuenit indiuiduali materie simpliciter et per se. quia ipsa nec ratione nec forma nec per se nec per partem est ad modum forme in alio subiectum receptibilis. ipsi autem supposito materiali conuenit incommunicabilitas ratione partis. scilicet ratione materie indiuidualis. sed ipsi nature specificiter indiuiduat et ipsi forme partis et formis accidentibus conuenit hec incommunicabilitas per actus et per se. per actus quod esse extrinseci. scilicet suppositi aut subiecti. per quid vero. quia huiusmodi non sunt incommunicabilia et irreceptibilia simpliciter. quia iam sunt recepta. sed dicuntur incommunicabilia quia non sunt communia aliquibus alijs aut receptibilia in aliqua alia quam in illa in quibus iam sunt indiuidualiter recepta. quia non conuenit forme in genere de subiecto in subiectum.

Secundo Considerandum est quod esse diuisum ab alio eiusdem speciei non est de communis ratione indiuidui. in intelligentis enim et corporibus celestibus nequaquam esse multa sub eadem specie indiuidua. in illis

tamen in quibus sunt multa sub una specie indiuidua ibi esse diuisum ab alio eiusdem speciei est secundum quodam conditio seu proprietates indiuidualis. et illius principium primum formale et actuale ponitur ipsa quantitas. quia tamen quantitas oritur ex materia. igitur materia etiam est illius principium originale potentiale primarium et fundamentale.

Tercio Considerandum est quod quantitas oritur ex materia et est materie magis propinqua quam alia accidentia. et ideo sibi magis conuenit non esse in alio et esse subiectum quam alijs accidentibus. Unde in sacramento altaris quantitas non est in alio et est subiectum aliorum accidentium et quodammodo quantitas ibidem participat conditorem materie in substans. ita etiam quodammodo participat et secundario conditorem materie in indiuiduando in quantum illa quantitas in illa indiuiduatione quam habuit ex subiecto et materia. virtute diuina conseruata conseruat consequenter indiuiduationem aliorum accidentium que etiam prius in substantia prius et vi in indiuiduantur mediante quantitate dimensiuam. Hanc indiuidualem conditorem quantitas et eius propinquitatem ad substantiam student doctores catholici pretere. ideo ut tanto precipiat maior congruentia indiuidualis substantie ipsius quantitas sine subiecto et distinctionis numeralis vnius quantitas ab alia in sacramento altaris. Unde venerabilis Albertus in quarto scripto di. duodecima dicit sic superficies et quantitati que forma aliquid conueniunt cum subiecto scilicet in sustinendo qualitates quas datur ad usum sacramenti in toto cum subiecto conuenit scilicet quantum ad ens per se existere sine subiecto. Et subdit quod sic quantitas conuenit in hoc cum substantia quod ipsa est subiectum quorundam accidentium ita etiam conuenit cum proprietate substantie quod ipsa forma sui mutatorem recipit contraria. non tamen est substantia. quia hoc non conuenit ei per se et primo. sed per accidens scilicet per substantiam tenentem eam in esse. et hoc ex eo quod virtute diuina loco subiecti in esse conuenit.

Quarto Considerandum est sicut recipere non conuenit materie per rationem materie. sed per rationem communem potentie receptive. sic sensibile conuenit homini non per rationem hominis. sed per rationem animalis. ita nec indiuiduare communiter sumptum

conuenit materie per rationem materie. quia in
diuiduare reperitur etiam in ipsis immaterialibus.
Sed indiuiduare conuenit materie per rationem in
communeabilis existentie aut per rationem irrecep-
tibilitatis in alio. aut per rationem entis non in
alio. aut per rationem fundamenti in quo fundatur
esse ratum huius suppositi seu ipsius quod est. Et
ita licet ut dicit dominus Albertus in argentea libro
quinto tractatu primo capitulo xi. Cuius huma-
nam naturam in se indiuiduat et humana na-
tura est in christo indiuiduata. non tamen propter
hoc sequitur quod respectu humane nature uerbum
habetur causalitatem et influentiam materie in
quorum materia est ut dicit sanctus Thomas quod
libro nono questione secunda. Humanitas non est
forma partis que dicitur forma quia informat
aliquam materiam uel substantiam. sed dicitur for-
ma totius in qua suppositum nature subsistit. unde
de non oportet ponere quod in christo propositis increa-
ta infunditur humanitate. sed quod subsistat in ea.
Et est diligenter attendendum quod sicut in sacramen-
to altaris quantitas prius per subiectum indiuidua-
ta conseruatur ea de numero uirtute diuina. ita
quodammodo uiceuerfa si de potentia absoluta di-
uinum relinqueret seu deponeret naturam huma-
nam in christo iam indiuiduata. tunc eadem natura
numero conseruaretur indiuiduata per suppositum
proprium hominis quod tunc resularet ex hoc quod per
positionem illam preter et ultra corpus in christo
indiuiduatum intelligitur secundum rationem adueni-
re corpus prout habet conditionem et modum fun-
damenti incommunicabilis et irreceptibilis. et per
consequens indiuiduatis et suppositatis. Unde li-
cet corpus acceptum communiter in communem spei ho-
minis et corpus indiuiduatum in supposito homi-
nis et corpus indiuiduatum ipsius hominis suppositum
constituens sint idem corpus et habet tamen di-
stinctionem rationis etiam oram ex natura rei ra-
tionabilis. et sic concipitur rationabiliter corpus
corporei aduenire propter modalem alietatem et ra-
tionis distinctionem quam habet corpus prout consti-
tuit speciem communem et prout constituit naturam ut
est indiuiduata. et prout constituit ipsum supposi-
tum quo modo est indiuiduatum.

C sanctus Thomas non discrepat a venera-
bili Alberto circa terminatorem questionis an est.

Quarta contrarietas
qua tractatus ponit est circa questionem an est quare

estimatur secundum sanctum Thomam non esse demonstrabile
nisi hypothetice. **S**ed secundum venerabile Albertum esse
demonstrabilem cathogozice. sed hoc non esse ve-
ram patebit ex dicendis. **D**icit sanctus Thomas
in summa contra gentiles libro. iij. ca. xliij. Sicut
se habet questio propter quid ad questionem quia est
ita se habet questio quid ad questionem an est.
nam questio propter quid querit medium ad demon-
strandum quod est aliquid. puta quia luna eclipsat
et similitur questio quid est querit medium ad de-
monstrandum an est secundum doctrinam traditam secundo
posterioꝝ. et simile de circa finem septimi me-
taphisice. **E**t in secundo posterioꝝ de quod aliqua res
esse possumus scire absque hoc quod sciamus profecto
quid est dupliciter. **U**no modo secundum quod cognoscimus
aliquid actus eius. **A**lio modo per hoc quod cognoscimus
aliquid de essentia eius. et aliquibus interpositis
dicit sic. **S**i non possit haberi aliqua alia ratio rei
quod diffinitio impossibile est quod rem aliquid scire
esse quin scire de ea quid est. quod impossibile est
quod sciamus rem aliquam esse nisi per aliquid illius rei
eodem. de eo enim quod est nobis per uisum ignotum non
possumus scire si est aut non est. inuenit autem ali-
qua alia ratio rei preter diffinitionem que quid est
uel est ratio expositiua significationis nominis
uel est ratio ipsius rei nominare. altera tamen a
diffinitione. quia non significat quod est sicut diffinitio
sed forte aliquid actus. **U**n in pre prima questione
secunda acti. secundo nomina imponuntur ab effe-
ctibus. unde de monstrando deum esse per effectum acci-
peret possumus per medium quid significet hoc nomen
deus. **E**t in summa contra gentiles. li. i. ca. xij. **D**i-
cit sic in rationibus quibus demonstrat deum esse non
oportet assumi per medium diuinam essentiam seu quod
ditate. sed loco quidditatis accipitur effectus per
medium sicut accidit in demonstratombus quod. et
ex huiusmodi effectu sumitur ratio huius nominis
deus. nam omnia nomina diuina imponuntur uel
ex remotione diuinorum effectuum ab ipso. uel ex ali-
qua habitudine dei ad suos effectus. **P**remis-
sis consonat etiam ipse tractatus et venerabilis
Albertus circa finem septimi metaphisice et cir-
ca secundum posterioꝝ. **U**ter non reperio sanctum Thomam
dicere questionem an est non esse terminabile uel
demonstrabilem nisi hypothetice. sed hoc ponit
Albertus venerabilis in secundo posterioꝝ. ibi
enim dicit sic sicut de alphorabius questio an est
prope cathogozice terminari non potest. et ideo con-
ditionali terminatur. **D**einde dicit quod **A**uicenna

dicit q̄ quia questio an est querit esse simpliciter et primum non est terminabilis nisi per primam causam. et non est terminabilis nisi per conditionalem et non per propositionem categoricam. Et deinde quasi ex seipso loquens dicit q̄ per conditionalem questio si est terminatur. Et subdit aliquibus interpositis. questio an est demonstratio non terminatur. sed ex conditione vel per conditionem. Erat ergo tractatus iste in assertionem illius contrarietatis. dicit tamen Buridanus in questionibus secundis posterioribus q̄ questio si est potest terminari demonstratione sine petitione principij. et hoc ex propositionibus hypotheticis. vel una hypothetica et alia categorica. **C** Est etiam notandum circa materiam quatuor questionum. y questio si est et quid est querunt entitatem seu esse rei. sed questio quia est et propter quid querunt inesse appetitatis seu passionis rei. Unde questio an est querit entitatem rei seu esse simpliciter et in communi. et questio quid est querit entitatem seu esse rei in speciali. Similiter questio quare est querit inesse passionis quasi in communi. et questio propter quid querit determinatam causam inesse ipsius passionis quasi in speciali. **E**x his sequitur primo q̄ in diffinitione quoddammodo et essentiali ens si debet poni. nam questio quid est presupponit ens sicut speciale presupponit generale. **D**equitur secundo q̄ esse quod querit questio an est de ipsis rebus creatis non est esse existentie actualis a parte rei. quia hoc conuenit rebus creatis contingenter. nec hoc esse questio quid est presupponit. si esse esse apertionale quod a quibusdam nominatur esse non prohibetur.

De medio demeritatis potissime

Quinta contrarietas

Quam ponit tractatus est circa medium demonstrationis potissime. vix hanc ipsam contrarietatem ipsemet tractatus reducit ad concordiam quandam que inferius nareabitur. Producam primo ea ex quibus poterit patere intentio sancti Thomae. ponit enim Aristoteles quarto phisicorum q̄ quatuor conditiones habere debet diffinitio danda de loco. et una illarum scilicet tertia est q̄ diffinitionem loci ea que videtur loco messe in fere. Circa hanc conditionem dicit sanctus Thomas sic. q̄ diffinitio loci erit talis q̄ ex ea manifestentur proprietates loci que in sunt loco. quia

diffinitio est medium in demonstratione qua propria accidentia demonstrantur de subiectis. debet autem pensari q̄ Aristoteles dicit proprietates loci debent demonstrari de loco per diffinitionem loci. non autem dicit per diffinitiones proprietatum ipsius loci. Et subdit Aristoteles in littera. sic enim pulcherrime demonstratur unumquodque. **E**t secundo posteriorum sanctus Thomas et sic videt hic Aristoteles dicit q̄ diffinitio passionis sit medium in demonstratione. Sed considerandum est q̄ diffinitio eius per se non potest sine diffinitione subiecti. manifestum est enim q̄ principia que continent diffinitio subiecti sunt principia passionis. si ergo demonstratio resoluet in primam causam nisi accipiatur ut medium demonstrationis diffinitio subiecti. Sic ergo oportet passionem concludere de subiecto per diffinitionem passionis. et ulterius diffinitionem passionis zeludare de subiecto per diffinitionem subiecti. Unde in principio libri dicitur est q̄ oportet recognoscere quid est non solum de passione sed etiam de subiecto. quod non oportet nisi demeritatis videtur diffinitione subiecti demonstrando. et hoc patet per exemplum si velimus de triangulo demonstrare q̄ habet tres angulos equales duobus rectis. accipiamus primum pro medio q̄ est figura habens angulum equalem duobus interioribus sibi oppositis quod est quia si diffinitio passionis. quod iterum demonstrare oportet per diffinitionem subiecti. ut dicamus omnis figura tribus rectis lineis contenta habet angulum exteriorem equalem duobus interioribus sibi oppositis. Et item patet si velimus demonstrare q̄ vox acuta et grauis consonent. accipiamus diffinitionem passionis ut hic dicitur finis q̄ habet proportionem numeralem. sed ad hoc euisum demonstrandum oportet accipere diffinitionem grauis et acuti. nam grauis vox est que in multo tempore nata est mouere sensum. acuta autem que in modico tempore mouet. modica autem ad multum est proportio numeralis. ergo vocis acuta et grauis est proportio numeralis. nec refert si aliter diffinitur acuta et grauis. oportet enim q̄ in eorum diffinitione ponatur aliquid ad certitudinem pertinens. et sic necesse erit concludere in eis proportionem numeralem. Deinde sanctus Thomas circa hoc quod philosophus dicit q̄ medium est eo primum enim id est maioris extremitatis et subiungit phisicorum. si autem iterum huius aliud medium sit ex reliquis erit rationibus. Exponendo dicit

Si si oporteat accipere aliquod aliud mediū hoc
assumetur ex cōmibus reliquis id ē ex diffinitio
ne minoris extrinsecus et aliarum causarum
extrinsecarū. cum enī subiectum sit causa passio
nis necesse est q̄ diffinitō passiois demonstrat
tur per diffinitōnem subiecti et hoc patet in ex
emplo proposito quia enī luna est corpus natum
sic moueri necesse est q̄ obijatur certo tempore
et terra inter solem et lunam. **C**eterum in se
cūdo posteriorū venerabilis Albertus dicit sic
diffinitō passiois que nō datur nisi p̄ essentia
lia passiois est demonstrabilis sicut ipsa pas
sio est autem alia passiois diffinitō que dicit
quid et propter quid que formalibus et e sententi
alius passiois cōiungit subiectum. Et aliquibus
interpositis subdit quāuis subiectum sit causa
passiois nō tamen sibi totum est causa. quia
aliquid passiois est ex rebus sui generis causa
tum sicut ens constitutum in genere accidentis
et tunc oportet cognoscere in medio q̄ passio sit
ex illis. et sic oportet q̄ diffinitō passiois sit
mediū. Et ideo oportet q̄ diffinitō dicat quid
passiois et propter quid et concernat subiectum
quod est causa passiois. et talis diffinitō est ve
rum mediū demonstratōis. Et postea dicit q̄
diffinitō que dicit quid et propter quid passiois
est ex formalibus passiois et subiecto. **E**t p̄
dictis colligit q̄ sanctus Thomas et venerabi
lis Albertus veniunt in hoc q̄ principalitē de
monstratiua ferat ad subiectum et eius diffini
tōem. Verum tractatus psequitur concordiam
veteriorum et dicit q̄ subiectū capitur. uno mo
do ut perfectum quid intrinsece p̄ sua substan
tialia sui generis dūtaxat. Alio modo capitur ut
quid perfectum extrinsece p̄ virtutem causarum
extrinsecarū ordinantē ipsius substantialia ad
actōnes et passiones. Et primo diffinitur diffi
nitōne dicente quidditatem eius absolute que
resultat ex unione potētie et actus sui generis.
Secūdo modo diffinitur diffinitōne dicente seu
explicante propter esse quidditatum aptitudi
nes causales sibi exigentiā passiois aut acti
onis in ordine ad quam diffinitur tanq̄ propria
causa. verbi gratia homo quidditatis diffini
tur est animal rationale. sed ut est causa huius
passiois visibile additur predicta diffinitō ap
tūm ad potentiam videndi aut aptum ad visum
ut talis aptitudo intelligatur causalis seu ori
ginalis et non causata p̄ modum naturalis po

tentie. Et postea subdit duplex est diffinitō pas
siois scilicet formalis et materialis. Prima ē
oratio indicans quidditatem abstractam sibi q̄
species est subordinata generi. Secunda scilicet
materialis est oratio indicans esse completum
passiois p̄ principia illud immutabiliter caus
santia. et prima nō potest esse medium demon
stratōis ex quo nō indicat esse inherētie. sed
essentie tñ. Sed secūda est duplex una que ac
cipit nomen subiecti cum nomine aptitudinis si
bi analoge ut hec visibile est homo cui apti
tus. Alia que accipit diffinitōem subiecti cum ta
li aptitudine sibi finaliter proportionata ut si vi
catur visibile est animal rationale aptum natum
ad videndum. n. prima hanc diffinitōnem materia
liū nō potest esse mediū sepe dicit demonstratō
nis eo q̄ mediū non intrabit cōclusionem nec ad
mūti debet nūgatō in pressu artis quorū quodli
bet accideret ex dato. sed secūda est verū mediū
Possit sententia verborū priorū ipsius tractatus
aliter exprimi et facilius sic. diffinitō subiecti
accipitur. Uno modo ut exprimes absolute quod est
sive principia ipsius subiecti et ut sic nō est medi
um demonstrandi. Alio modo capitur ut propter quid
ipsius passiois et ut quomā illius est causa. cū ha
bitudine et propter ad ipsā passionē quādamodū
Aristo in primo physicoz asiderat materiam et
formā ut sūt principia sbe materialis. Et in se
cūdo physicoz asiderat de eis ut sūt principia
mobilitatis. s. sub nomine nature q̄ importat res
pētū seu habitudinē ad mobilitatē. Et qm̄ sbe
cū hz multas quodā ordine passiones tūc p̄ hu
iusmodi habitudinē sic quasi quodā aptitudō et
adequatō ad unā passionē. quāmodo vltima dicit
diffinitōis subiecti importat sepe propter ad pri
mā ipsius subiecti passionē ut rationale ad rōnati
uū et sensibile ad sensitiuū. et quā ipsa passio cie
cū loquit vltimā dicit subiecti. et tūc passio cū
loquit dicit sollicit habitudinē ad passionē ac
ceptā tanq̄ passionem. sed hec habitudo seu propter
diffinitōis subiecti ad ipsā passionē nō ē aliq̄
formalē eēne ipsius passiois. si enī in medio de
monstratōis p̄tineat aliq̄ formale ipsius eēne pas
siois tūc p̄misse nō sūt indemonstrabiles et imedia
te et etiā aliq̄ mediū intrat p̄tōnem et idem ve
notat eē tā inherētie sui ipsius q̄ nō p̄sonat aditō
nis potissime de demonstratōis ut etiā tractat de
Et quia concordia quā tractat p̄tineat non est do
ctrine sancti Thome concordia sed conformis ideo

non est a me repellenda. Sed consideret studi-
osus an consonet verbis venerabilis Alberti
preallegatis.

De subiecto ipsius phisice

Sexta contrarietate

tractatus ponit esse circa subiectum ipsius phi-
sice siue naturalis scientie. quod sanctus Tho-
mas de esse ens mobile et venerabilis Albertus
corpus mobile. et in huius asserere contrarieta-
tis solutione utitur tractatus verbis inuicem
que recitabuntur inferius. Et nunc prebent pri-
mo quedam verba que a diuersis dicunt in hac
matia. dicit Aristoteles sexto meta phisice phi-
sica theorica quod est. si theorica circa tale ens
quod est possibile moueri. Et viderimus metha-
phisice dicit. naturalis speculatur entia non in-
grum entia. magis autem in-gram motu participat
Et pauca interpositis dicit. naturalis acciden-
tia et principia speculatur entium in-gram mo-
ta et non in-gram entia. Et venerabilis Alber-
tus in expostione verborum premissorum non mutat
ens mobile in corpus mobile. Dicit etiam Aris-
toteles sexto meta phisice quod phisica est circa ta-
lem substantiam in qua est principium motus
et status in ea. cum ergo li circa sit nota obiecti
siue subiecti attributis patet quod est conforme
doctrinae Aristotelis dicere quod subiectum phisice
poni posset sba naturalis. Deinde venerabilis
Albertus in principio commentum libri phisicorum di-
cit. corpus naturale in vniuersali sba est na-
turalis philosophie. et licet omne corpus quod est
in natura mobile sit. tamen cum ponitur subie-
ctum phisice oportet quod sibi addatur hoc quod di-
co mobile. quia alia est consideratio corporum in-
gram huiusmodi. et alia est consideratio mobilis
quia non in-gram corpus est. sed in-gram corp⁹
mobile subicitur siue est subiectum scientie na-
turalis. Et quarto meta phisice dicit phisica con-
trahit ens ad corpus mobile. aliqui libri habent
ad ens mobile. et hoc magis conuenit illi quod
statim subdit scilicet et illius accidentia per principia
propria ipsius entis mobilis speculatur. Et in fi-
ne sexti meta phisice dicit. ostendimus in fine pri-
mi phisicorum quod prima principia entis mobilis sibi
bonum et malum. quia forma et priuatio. **Sa-**
ctus Thomas in principio commentum libri phisicorum
dicit. subiectum libri phisicorum est ens mobile sim-
pliciter. non dico autem corpus mobile. quia omne
mobile probat esse corpus in isto libro. nulla autem

scientia probat suum subiectum. et ideo statim in pri-
mo libro de celo et mundo quod sequitur ad istum incipi-
tur de notificatione corporum. Et in principio secun-
di libri de celo dicitur quod inuenit apud latinos dici quod
in hoc libro agitur de corpore mobili ad situm si-
ue sibi locum. Et in libro de veritate materia xiiij
quod est. viij. dicit corpus mobile est subiectum natura-
lis phisice. Et in prima parte quod lxxiiij. articulo primo
dicitur. scilicet naturalis est de corpore mobili. **Clai-**
ditur ex premissis primo quod venerabilis Albertus
non impugnatur sed approbat positionem quam affirmat
ens mobile ponit posse subiectum phisice. nam asserit
verbis Aristotelem de ente mobili morum pallegas-
tis. Et etiam dicit quod phisica speculatur actum per
principia propria entis mobilis. modo huiusmodi princi-
pia actus proprii etiam sunt principia ipsius subie-
cti. Dicit etiam quod forma et priuatio sunt prima princi-
pia entis mobilis. **Clai-**dit secundum quod sanctus
Thomas non intendit asserere quod corpus mobile
nequaquam posset poni subiectum phisice. sed quod que-
rentius ponit ens mobile et non corpus mobile
propter quandam subiecti attributis rationem de
qua dicitur in textu quod huiusmodi ens mobile. si autem corp⁹
mobile. Sed Egidius de Rhoma in commento suo
circa libros phisicorum dicit. videtur dicitur quod ens mo-
bile non sit subiectum in hac scientia. et ponit rationes quas
bus etiam utitur ipse tractatus. sed non reperit vne-
